




1
6
433









JOANNIS MEURSI

RHODUS,


SIVE,

De illius insulæ, atque urbis, rebus memoratu dignis,

LIBER I.



AMSTELODAMI,
Apud ABRAHAMUM WOLFGANGUM, 1675.



JOANNIS MEURSI
RHODUS,
SIVE,
De illius insulæ, atque urbis, rebus memoratu dignis,

LIBER I.

CAP. I.

Auctores veteres nonnulli, qui de Rhodo, ejusque rebus, commentati; Epimenides, Zeno, Jason, Ergéas, Polyzelus, & Eucrates.

Res antiquas Rhodi insulæ, atque urbis, quæ injuriâ temporis interciderunt, visum mihi instaurare; & retrahere in lucem, tenebris Antiquitatis involutas. Olim eas pertractaverat Epimenides; non is Phæstius, ac tantoperè celebratus, verùm alius, nominis obscurioris. Diogenes Laërtius, in Phæstio illo, lib. I. Γεγόνασι δὲ καὶ Ἐπιμενίδαι ἄλλοι δύο· ὅ, τε γενεαλόγος καὶ τρίτος, ὁ Δωριστὶ γεγραφὼς περὶ Ῥόδου. *Fuere nomine Epimenidis etiam alii: unus ex his, genealogus; tertius autem, qui Doricè de Rhodo scripsit.* Etiam Zeno, itidem incertæ patriæ. Diodorus Siculus, lib. V. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχαιολογουμένων παρὰ Ῥοδίοις οὕτω τινὲς μυθολογοῦσιν. ἐν οἷς ἐστι καὶ Ζήνων, ὁ τὴν περὶ ταύτης συνταξάμενος. *De antiquitatibus ergo Rhodiorum hæc quidam literis prodiderunt: inter quos est etiam Zeno, qui historiam hujus insulæ scripsit.* Commemoratur quoque Jason, genere materno Rhodius, ut paterno Nysaensis, Suidas. Ἰάσων, Μενεκράτους, Νυσαεὺς ἐκ πατρὸς, ἀπὸ δὲ μη-

πρὸς Ῥόδιος. οὗτος ἔγραψε καὶ περὶ Ῥόδου. *Jason, Menecratis filius, paterno genere Nysaensis, materno Rhodius. Hic scripsit etiam de Rhodo.* Ergeas quoque Rhodius de patriâ suâ Opus quoddam condidisse memoratur Athenæo, lib. VIII. Ἐργείας οὖν ὁ Ῥόδιος, ἐν τοῖς περὶ πατρίδος, προειπὼν τινὰ περὶ τῶν κατοικησάντων τὴν νῆσον Φοινίκων, φησίν. *Ergéas itaque Rhodius, in libris de patriâ suâ, quædam præfatus de Phœnicibus, qui inhabitârunt insulam, ait.* Quin & Polyzeli, itidem Rhodii, τὰ Ῥοδιακά, paullò pòst commemorantur eidem auctori, eodem libro. Τὰ δ' αὐτὰ ἱστορήσας καὶ Πολύζηλος, ἐν τοῖς Ῥοδιακοῖς, τὰ περὶ ἰχθύων φησί. *Hæc ipsa verò Polyzelus in Rhodiacis referens, de piscibus inquit.* Denique & Eucratis Ῥοδιακὰ citantur ab Hesychio, in ἔλατρον.

CAP. II.

Ex mari enata, ac Soli sacra, qui semper ibi conspicitur: subjacetque è cælestibus signis Virgini.

Ex mari enata ab antiquis memoratur. Plinius, lib. II. cap.lxxxvij. *Claræ jam pridem insulæ, Delos, & Rhodos, memoriæ produntur enatæ.* Philo, De Mundi Incorruptib. καὶ μὴν ἥ γε θάλασσα, φασιν, ἤδη μεμείωται. μάρτυρες δὲ αἱ νήσων εὐδοκιμώταται, Ῥόδος τε καὶ Δῆλος. αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι κατὰ τῆς θαλάσσης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι. χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ἠρέμα, κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσαι διεφάνησαν, ὡς αἱ περὶ αὐτῶν ἀναγραφεῖσαι μαρτυροῦσιν ἱστορίαι. *Mare certè, ajunt, jam decrevit, ut testantur Rhodus, & Delus, insularum clarissimæ. nam hæ quondam sub maritimis undis latuerant; procedente verò tempore, his paulatim decedentibus, exortæ sunt.* Pindarus, Olympionic. Od. VII.

Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
Ῥήσιες, οὔπω, ὅτε
χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι,
φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ·
ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι νᾶσον κεκρύφθαι.

Et

Et paulò pòst.

Βλάςε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς
Νᾶσ☉ς. ———
Ajunt autem hominum antiqui
Sermones; nondum, quando
Terram partiebantur Jupiterque, & immortales,
Manifestam in profundo
Maris Rhodum fuisse,
Sed salsis in profunditatibus insulam occultatam fuisse.

Et mox.

Emersit sanè ex mari humido
Insula. ———

Idem dicit Heraclides in Fragmento De Rebusp. Aristides, in Rhodiacâ; & Ammianus, lib. XVII. Ac soli ea sacra credita. Antiphilus, in Anthologiæ Epigrammatum Græcorum, lib. I. cap. lviij.

Ὡς πάρ☉ς ἀελίϩ, νῦν Καίσαρ☉ς ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσ☉ς. ———
Ut olim Solis, nunc Cæsaris Rhodus sum
Insula. ———

Manilius, de eâ agens, lib. IV.

Tuque domus verè Solis, cui tota sacrata es.

Videndus Pindarus, in citatâ statim Odâ, & Aristides, in eâdem Rhodiacâ, & in alterâ ad Rhodios, De Concordiâ. Hinc *Phœbeïa* dicitur Lucano, lib. V.

——— *pelagique potens Phœbeïa donis*
Exornata Rhodos. ———

Item Ἡλιάς, Luciano, in Amoribus. Τῆς Ἡλιάδ☉ς ἀψάμϑμοι Ῥόδϩ, τὸ συνεχὲς ϛ μεταξὺ πλϩ διαναπαῦσαι πρὸς ὀλίγον ἐκρίναμεν. *Ad Solis sacram delati Rhodum, continuum navigandi laborem, quo intereà usi fueramus, intermittere aliquantisper decrevimus.* Dio Chrysostomus, in Corinthiacâ. Καὶ αὐτῶν γε τϩτων θεῶν, Ῥόδ☉ς μὲν Ἡλίϩ, Ὀγχηςὸς Ποσειδῶν☉ς. *Et ex illis ipsis diis, Soli quidem sacra est Rhodus, Neptuno Onchestus.* Isque ibi etiam semper se ostendit. Plinius, lib. II. cap. lxij. *Rhodi nunquam tanta nubila obduci, ut non aliquâ horâ sol cernatur.* Solinus cap. xvij. *Nunquam ita cœlum nu-*

bilum est, ut in sole Rhodos non sit. Subjacet autem Virgini. Manilius, lib. IV.

Virgine sub castâ felix terraque marique
Es Rhodos. ———

Hephæstion Thebanus, in Apotelesmaticis, ubi de hoc signo cælesti. Προσωκείωνται δ' αὐτῷ χῶραι, κατὰ μὲν τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ τὸν Δωρόθεον, Ῥόδος, καὶ Κυκλάδες νῆσοι. *Regiones huic attributæ, secundùm Ægyptios, & Dorotheum, Rhodus, & Cyclades insulæ.*

CAP. III.

Varia insulæ nomina; Ophiusa, Asteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pæssa, Atabyria, Pelagia, Lindus. Ejus figura: tum amœnitas, & salubritas; unde etiam inter beatorum insulas numerata. Denique, illius ambitus; tum longissimus item dies. Circulus apparens semper quot à polo partibus absit: tum æstivi item tropici quot sint partes supra terram, & quot infra.

Variis nominibus appellata fuit. Plinius, lib. V. cap. xxxj. *Vocitata est (Rhodus) anteà Ophiusa, Asteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pæssa, Atabyria ab rege: deinde Macaria, & Oloëssa.* Apud Strabonem alia quoque exstant nomina; Stadia, & Telchinis. Ecce verba, lib. VIII. ἐκαλεῖτο δ' ἡ Ῥόδος πρότερον, Ὀφιοῦσσα, καὶ Σταδία, καὶ Τελχινίς. *Appellata verò Rhodus anteà fuit Ophiusa, Stadia, & Telchinis.* Ophiusæ, & Æthrææ, meminit etiam Stephanus. Ῥόδος, νῆσος ἐπιφανεστάτη· ἐκαλεῖτο Ὀφιοῦσσα, καὶ Αἰθραία. *Rhodus, insula illustrissima: vocabatur Ophiusa, & Æthræa.* Beda, De nom. loc. in Actis. *Rhodus, Cycladum insularum nobilissima, & ab Oriente prima, quondam Ophiusa vocata.* Meminit quoque Eusebius, in Chronico. Etiam Pelagia dicta. Ammianus, lib. XVII. *Rhodus, Ophiusa, & Pelagia, prioribus seculis dictitata.* Etiam Lindus. Vide Suidam, in Λίνδος, & Ῥόδος. Et Ophiusa quidem dicta est, à serpentum multitudine. Heraclides, De Rebusp. ubi de Rhodo. Ἐκαλεῖτο δ' Ὀφιοῦσσα, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ὄφεων. *Vocabatur verò Ophiusa, ob serpentum, qui*

in

in ea sunt, multitudinem. Ac Telchinis, à Telchinibus, qui inhabitârunt, primi. Strabo, lib. XIV. Ἐκαλεῖτο δ' ἡ Ῥόδος πρότερον Ὀφίουσα, καὶ Σταδία, εἶτα Τελχινὶς, ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίνων τὴν νῆσον. *Rhodus verò appellata prius fuit Ophiusa, Stadiaque, hinc Telchinis, à Telchinibus, qui inhabitârunt insulam.* Eustathius, de Telchinibus agens, ad Iliad. ι'. Ἱστορεῖται δὲ καὶ ἡ Ῥόδος ἀπ' αὐτῶν Τελχινία καλεῖσθαι. *Memoratur verò etiam Rhodus ab his Telchinia vocari.* Forma illi planè triquetra, literamque Δ referens. Constantinus Porphyrogeneta, lib. I. Them. XIV. Ἡ δὲ Ῥόδος ἡ νῆσος μέση κεῖται τοῦ θέματος. ἀποβλέπει δὲ πρὸς Βορρᾶν, καὶ νότον, δελτωτὴ τὸ σχῆμα; τὴν δὲ γραμμὴν τρίγωνος. *Rhodus autem insula in meditullio hujus insulæ sita est, ad Boream pariter, & Austrum, respiciens, literæque* Δ *speciem referens, figurâ triangulari.* Amœnitas, ac salubritas, maxima. Suetonius, in Tiberio, cap. xj. *Rhodum enavigavit, amœnitate, & salubritate, insulæ jam inde captus, cùm ad eam ab Armeniâ rediens appulisset.* Inde & inter eas insulas, quæ Μακάρων, sive beatorum, olim dicebantur, quòd fortunati admodum cæli solique essent, recensetur apud Diodorum Siculum. lib. V. & Pomponium item Melam, lib. II. cap. vij. Inde *Nobilis* dicitur Catullo, in Epigrammate de phaselo.

Rhodumve nobilem, horridamve Thraciam.

Item *Clara* Horatio, lib. I. Od. VII.

Laudabunt alii claram Rhodon. ———

Item Martiali, lib. IV. Epigramm. LV.

Aut claram Rhodon, aut libidinosæ
Ledæas Lacedæmonis palæstras.

Quanquam sanè ita etiam appellata credi possit propter solem, quem hîc semper conspici ex Plinio commemoravi. Ac Lucanus ita dicit, lib. VIII.

——— *claramque relinquit*
Sole Rhodon. ———

Serenitatem verò, ut & nubila, Africus facit: uti testis Theophrastus, lib. De Ventis. Ἰσχυρὸς δὲ μάλιστα περὶ Κνίδον, καὶ Ῥόδον Λὶψ ἄνεμος· ταχὺ δὲ νεφέλας, ταχὺ δ' αἰθρίαν ποιεῖ. *Vehemens autem maximè Africus in Cnido, & Rhodo: ocyusque nubila, ocyus verò etiam*

ſerenitatem facit. Ejus ambitus, paſſuum erat centum & trigintia millium; vel ut alii, centum millium ac trium. Plinius, lib. V. cap. xxxj. *Pulcherrima, & libera, Rhodos; circuitu centum triginta millium paſſuum: aut, ſi potiùs Iſidoro credimus, centum trium.* Strabo verò nongenta & viginti ſtadia tribuit. Verba ejus ecce lib. XIV. Ἡ δὲ νῆσος κύκλον ἔχει σταδίων ἐννακοσίων εἴκοσιν. *Inſulæ ambitus eſt ſtadiorum nongentorum & viginti.* Et Euſtathius, in Dionyſium. Ἡ Ῥόδος κεῖται· ἧς ὁ κύκλος σταδίων ἐστὶν ἐννεακοσίων εἴκοσι. *Rhodus ſita eſt; cujus ambitus eſt ſtadiorum nongentorum, & viginti.* Jam ſi paſſus centum & viginti quinque computes in ſingula ſtadia, juxtà auctoritatem Plinii, habes paſſuum centum quindecimque millia. Itaque diſſenſum vides. Auſonius dicit *parvam inſulam*, in Ludo VII. Sapientum, in Cleobulo Lindio.

Cleobulus ego ſum, parvæ civis inſulæ.

Dies ibi longiſſimus, eſt horarum quatuordecim, ac dimidiæ: ut Geminus nobis auctor, tribus locis, libro De Elem. Aſtron. & duobus Ptolemæus, Magnæ Conſtruct. lib. II. Circulus ſemper apparens, abeſt à polo partibus ſex & triginta, ut commemorat Hipparchus, in Phæn. lib. I. Circulus tropicus æſtivus ab horizonte ſic eſt diviſus, ut, cùm totus dividatur in octo & quadraginta partes, novem ex his & viginti ſupra terram deſumantur; reliquæ decem & novem, infra eam. idque docet, quem citavi jam, Geminus, libro eodem.

CAP. IV.

Incolæ varii; quorum primi Telchines, & gigantes. Euſebii, Hieronymi, & Oroſii, de nomine Ophiuſæ error. tum Ignetes, ſive Gnetes: hinc Heliadæ, Solis filii. Ariſtides emendatus. Rhodus, Telchinum ex ſorore Haliâ neptis: cujus Sol amore captus, inſulam de ejus nomine appellavit. Honorii lapſus. Cononis locus reſtitutus. Ex Heliadis Cercaphus, poſt Ochimum fratrem, cujus filiam Cydippam uxorem duxerat, regnum tenuit; ſuſcepitque filios tres, Lindum, Jalyſum, & Camirum: qui tres urbes, ſuo nomine appellatas, condiderunt. Euſtathii locus emendatus. Inde Danaus huc venit; atque Lindi poſitâ

ſede, & Minervæ illic templum, & in illo ſimulacrum ejus deæ, dedicavit.

Sed, ut varia inſulæ nomina, ita varii habitârunt. Ecce, in ſuperioris capitis poſtremis verbis, è Strabone, & Euſtathio, jam prolatis, de Telchinibus, quos commemorant antiquiſſimos, ſatis clarum: & confirmat Diodorus, lib. V. Τὴν δὲ νῆσον, τὴν ὀνομαζομένην Ῥόδον, πρῶτοι κατῴκησαν οἱ προσαγορευόμενοι Τελχῖνες. *Inſulam verò, Rhodum dictam, primi habitârunt, qui Telchines appellantur.* Ejecti autem illi erant Peloponneſo. Euſebius, in Chron. Can. Τελχῖνες, ἐκπεσόντες Πελοποννήσου, Ῥόδον ᾤκησαν νῆσον, τὴν καλουμένην Ὀφιοῦσαν. *Telchines, ejecti Peloponneſo, Rhodum inſulam, quam dicebant Ophiuſam, habitârunt.* Hieronymus. *Telchines victi Rhodum condiderunt, quæ priùs Ophiuſa vocabatur.* Totidem verbis Marianus Scotus, Chron. lib. I. Oroſius, lib. I. cap. vij. *Telchines Rhodum inſulam, quæ Ophiuſa anteà vocabatur, quaſi tutâ poſſeſſione ceperunt.* Sed de Ophiuſæ nomine, quo tunc appellatam volunt, equidem errorem puto, quem non multò pòſt oſtendam. Telchinas verò habitaſſe, etiam Euſtathins refert, ad Iliad. lib. IX. Per id tempus etiam gigantes inſulæ eam partem tenuerunt, quæ objecta orienti. Diodorus, loco citato. Γενέσθαι δὲ (φασὶ) κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν τοῖς πρὸς ἕω μέρεσι τῆς νήσου τοὺς κληθέντας γίγαντας. *Fuiſſe verò (perhibent) hoc ipſo tempore in inſulæ parte orientali, quos gigantes appellabant.* Ex Telchinum verò ſorore Haliâ, & Neptuno, nata Rhodus, à quâ inſulæ nomen datum. Diodorus. Ποσειδῶνα δὲ ἀνδρωθέντα ἐρασθῆναι τῆς τῶν Τελχίνων ἀδελφῆς Ἁλίας, καὶ μιχθέντα ταύτῃ γεννῆσαι θυγατέρα Ῥόδον, ἀφ' ἧς τὴν νῆσον ὠνομάσθαι. *Neptunum verò, cùm virilem ad ætatem perveniſſet, Haliam, Telchinum ſororem, adamaſſe, & ex ea filiam ſuſtuliſſe Rhodum, à quâ inſulæ nomen datum.* Factum autem id à Sole. Idem poſteà ſubjungit. Ἥλιον δὲ κατὰ μὲν τὸν μῦθον, ἐρασθέντα τῆς Ῥόδου, τὴν νῆσον ὀνομάσαι ἀπ' αὐτῆς Ῥόδον, καὶ τὸ ἐπιπολάζον ὕδωρ ἀφανίσαι. *Solem verò, juxtà fabulam, Rhodi amore captum, de ejus nomine inſulam vocaſſe Rhodum, ac ſuperfluam illic aquam ſuſtuliſſe.* Itaque Honorii eſt magnus error, qui ab urbe, quæ poſt multum demum tempus ſtructa fuit, nomen accepiſſe tradit, De Imag. Mundi,

Mundi, lib. I. cap. xxxiv. *Harum prima Rhodus, à civitate ejusdem nominis dicta, ad orientem est posita.* Post Telchines, eam Ignetes, sive Gnetes, tenuerunt. Hesychius. Ἴγνητες, οὕτως ὠνομάζοντο, οἱ μετὰ τοὺς Τελχῖνας ἐποικήσαντες τὴν Ῥόδον. *Ignetes, ita dicti, qui post Telchinas Rhodum inhabitârunt.* Meminitque eorum Stephanus. Γνῆς, ἔθνος, οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον· ἔνθεν καὶ Γνῆτες, οἱ ἰθαγενεῖς. λέγεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ ι Ἴγνητες. *Gnes, populus, qui inhabitavit Cretam: unde & indigenæ dicuntur Gnetes. dicitur verò etiam cum I, Ignetes.* Sed Heliadas Diodorus, nullâ horum mentione, statim post Telchinas ponit, ut & Strabo, libro citato: cujus ecce ista verba. Μετὰ δὲ τοὺς Τελχῖνας, οἱ Ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον. *Post Telchinas, Heliadæ, ut fabulantur, insulam incoluere.* Et hoc quidem post diluvium: cùm Telchines ante illud tenuissent. Eâ de re elegans est iste locus Diodori. Χρόνῳ δ' ὕστερον, προαισθομένους τοὺς Τελχῖνας τὸν μέλλοντα γίνεσθαι κατακλυσμὸν, ἐκλιπεῖν τὴν νῆσον, καὶ διασπαρῆναι. *Post id tempus, Telchines, cum diluvium, quod instabat, præsentirent, insulam deseruisse, & huc illuc sparsos esse.* Ac mox. Τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ γενομένου, τοὺς μὲν ἄλλους διαφθαρῆναι, τῆς δὲ νήσου, διὰ τὴν ἐπομβρίαν, ἐπὶ πολλὰ τῶν ὑγρῶν λιμνάσαι τοὺς ἐπιπέδους τόπους· ὀλίγους δὲ, εἰς τὰ μετέωρα τῆς νήσου συμφυγόντας, διασωθῆναι· ἐν οἷς ὑπάρχειν καὶ τοὺς Διὸς παῖδας. Ἥλιον δὲ, κατὰ μὲν τὸν μῦθον, ἐρασθέντα τῆς Ῥόδου, τήν τε νῆσον ἀπ' αὐτῆς ὀνομάσαι Ῥόδον, καὶ τὸ ἐπιπλάζον ὕδωρ ἀφανίσαι. ὁ δ' ἀληθὴς λόγος, ὅτι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν, τῆς νήσου πηλώδους οὔσης ἔτι, καὶ μαλακῆς, τὸν Ἥλιον, ἀναξηράναντα τὴν πολλὴν ὑγρότητα, ζωογονῆσαι τὴν γῆν, καὶ γενέσθαι τοὺς ἀπ' αὐτοῦ κληθέντας Ἡλιάδας, ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἄλλους ὁμοίως λαοὺς, αὐτόχθονας. *Cùm diluvium verò accideret, alios quidem periisse, cùm depressa insulæ, ac plana, loca imbribus continuis inundarentur; paucos verò, qui ad loca insulæ editiora se receperant, inter quos & Jovis liberos, evasisse: Solem verò, ut est in fabulis, Rhodi amore captum, insulamque ab ea Rhodum nuncupasse, & superfluentem aquam sustulisse. Veritas autem, ita habet. Solem insulam, primâ constitutione suâ admodum cœnosam, & mollem, exsiccato mox humore, fertilem fecisse terram; & Heliadas, qui ab eo appellati, septem numero, aliosque item populos, indigenas fuisse.* Meminit Heliadum verò etiam Conon, apud Photium, Narrat. XLVII.

Τὴν δὲ Ῥόδον, τὸ μὲν ἀρχαῖον, λαὸς αὐτόχθων ἐνέμοντο, ὧν ἦρχε τὸ Ἡλιαδῶν γένος· οὓς Φοίνικες ἀνέστησαν, καὶ τὴν νῆσον ἔσχον. *Rhodum verò, antiquitus quidem, populus indigena tenuit, cui Heliadæ imperabant: quos Phœnices ejecerunt, insulamque tenuerunt.* Ita locum illum emendo: quippe perperam Ἰλιάδων hodie legitur, quasi insulam Iliades quædam mulieres tenuissent: quod est falsum. Corruptum quoque est Heliadum nomen apud Aristidem, in Oratione ad Rhodios, De Concordiâ. Τὸ μὲν ἀρχαῖον ἐστὲ Δωριεῖς ἐκ Πελοποννήσου. μόνοι δὲ εἰς τοῦτον τὸν χρόνον Ἕλληνες διὰ παντός. Ἡρακλείδαις δὲ καὶ Ἀσκληπιάδαις, ἀρχηγέταις, καὶ βασιλεῦσι, κέχρησθε. *Antiquitus quidem Dorienses estis, ex Peloponneso oriundi, ac soli hoc tempore meri Græci. Heraclidas verò, & Asclepiadas, generis auctores, ac reges, habuistis.* Nemo certè Asclepiadis oriundos tradit Rhodios: itaque est rescribendum. Ἡρακλείδαις δὲ, καὶ τοῖς Ἡλιάδαις. Et observa; ejectis Heliadis, mox Phœnices occupasse: quâ de re uberius dicendum mihi statim erit. Ex Heliadis unus Cercaphus ex Cydippâ, fratris sui Ochimi filiâ, tres suscepit rursum filios, Camirum, Lindum, Jalysum, trium urbium nominis ejusdem à se conditores. Pindarus, de Sole loquens, Olymp. Od. VII.

Ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς
τέκεν ἑπτὰ σοφώ-
τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων
ἀνδρῶν παραδεξαμένους
παῖδας. ὧν εἷς μὲν Κάμειρον,
πρεσβύτατόν τε Ἰά-
λυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ'. ἀπάτερθε δ' ἔχον
διὰ γαῖαν τρίχα δασ-
σάμενοι, πατρωΐαν ἀστέων
μοῖραν. κέκληνται δέ σφιν ἕδραι.
Ubi Rhodo aliquando mixtus,
genuit septem, sapi-
entissimas cogitationes apud priores
homines consecutos,
filios, quorum unus quidem Camirum,
& maximum natu Ja-

lysum genuit, Lindumque. separatim autem habitabant,
terram trifariàm dis-
pertiti, paternam
urbium sortem. vocatæque sunt ab illis sedes.

Ad quem locum Scholiastes. Τῶν ἑπτὰ (τοῦ Ἡλίου) παίδων εἷς, ὁ Κέρκαφος, ἐκ Κυδίππης, τῆς Ὀχίμου θυγατρὸς, ἐγέννησε τρεῖς υἱούς· ὧν τὰ ὀνόματα ὁ Πίνδαρος ἐξέθετο. *Septem (Solis) filiorum unus, Cercaphus, ex Cydippâ, Ochimi filiâ, tres sustulit filios: quorum nomina Pindarus commemoravit.* Strabo, lib. XIV. Μετὰ δὲ τοὺς Τελχῖνας, οἱ Ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον· ὧν ἑνὸς Κερκάφου, καὶ Κυδίππης, γενέσθαι παῖδας, τοὺς τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους αὐτῶν·

Λίνδον, Ἰηλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

Post Telchinas, Heliadæ, ut fabulantur, insulam inhabitârunt. quorum unus Cercaphus ex Cydippâ tres habuerit filios, qui urbes sui nominis condiderunt;

Lindum, & Jalysum, & argillosam Camirum.

Diodorus, lib. V. ὁ πρεσβύτατος (τῶν Ἡλιαδῶν) Ὄχιμος βασιλεύων ἔγημε μίαν τῶν ἐγχωρίων νυμφῶν Ἡγητορίαν, ἐξ ἧς ἐγέννησε θυγατέρα Κυδίππην. ἣν γήμας Κέρκαφος ὁ ἀδελφὸς, διεδέξατο τὴν βασιλείαν. μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν, διεδέξαντο τὴν ἀρχὴν οἱ υἱοὶ τρεῖς, Λίνδος, Ἰάλυσος, Κάμειρος. αὐτοὶ δὲ διείλοντο τὴν χώραν, καὶ ἕκαστος ἑαυτοῦ πόλιν ὁμώνυμον ἔκτισε. *Maximus natu (Heliadum) Ochimus, regnum consecutus, ducit uxorem Hegetoriam, unam ex indigenis Nymphis, filiamque suscipit ex hâc Cydippam. quam cùm matrimonio junxisset sibi frater Cercaphus, in regno successit. postquàm verò diem ille obiisset, regnum tres illius filii, Lindus, Jalysus, & Camirus, accepere. ipsi verò regionem diviserunt, & cognominem sibi urbem unusquisque eorum condidit.* Itaque emendandus est Eustathii locus, Iliad. β'. Ἡλίου, καὶ Ῥόδου νύμφης, υἱὸς Κέρκαφος· οὗ καὶ Κυδίππης, Λίνδος, Ἰάλυσος, καὶ Κάμειρος. *Solis, & Rhodi Nymphæ, filius Cercaphus, è quô, & Cydippâ, Lindus, Jalysus, & Camirus.* Malè hodiè vulgatur: οὗ, καὶ Λυσίππης. *è quâ, & Lysippâ.* Aliter Arnobius, qui quarti Solis filium ex Acantho facit Jalysum, non nepotem ex Cydippâ, lib. IV. *Quartus (Sol) Jalysi pater, quem Rhodi peperit heroicis temporibus Acantho.* Sed memoriæ hic est lapsus;

meliusque omninò Cicero, qui nepotem Solis dicit, De Nat. Deorum, lib. IV. *Quartus (Sol) is, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, avum Jalysi, Camiri, & Lindi.* Per id tempus rex Ægypti Danaus cum filiabus Rhodum venit: positâque Lindi sede, templum statuit Minervæ, & simulacrum; filiasque tres amisit. Diodorus. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Δαναὸς ἔφυγεν ἐξ Αἰγύπτου μετὰ τῶν θυγατέρων. καταπλεύσας δὲ τῆς Ῥοδίας τὴν Λίνδον, καὶ προσδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ἱδρύσατο τὸ Ἀθηνᾶς ἱερὸν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθιέρωσεν. τῶν δὲ τοῦ Δαναοῦ θυγατέρων τρεῖς ἐτελεύτησαν κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τὴν ἐν τῇ Λίνδῳ. αἱ δ᾽ ἄλλαι μετὰ τοῦ πατρὸς Δαναοῦ εἰς Ἄργος ἐξέπλευσαν. *His verò temporibus Danaus ex Ægypto profugit cum filiabus, venitque in eam insulæ Rhodi partem, in quâ Lindus. &, exceptus ab indigenis, templum statuit Minervæ, atque simulacrum ejus dedicavit. Filiarum verò Danai in peregrinatione hâc tres diem Lindi suum obierunt: cæteræ verò cum parente* Danao *Argos concesserunt.*

CAP. V.

Hinc Phœnices tenuere, duce Cadmo. Neptuni templum, simulacrum, & sacerdotium, Cadmi posteris perpetuum. Dictys illustratus. Inde ab Iphiclo ejecti. Post quæ Phorbas huc concessit, cùm serpentes, unde Ophiusa dicta ea insula, infestarent. Alii Triopam commemorant, & confundunt. Tlepolemus huc etiam venit; &, ut volunt, urbes condit: tum Trojanis opem fert, cum novem navibus. Etiam Crotonis fines est ingressus. Festum ejus, Τληπολέμια. *Veniunt quoque duo Althæmenes; unus Catrei, Cretæ regis filius, alter verò Heraclides;* Λιμοδωριεῖς. *tum & Macareus, Jovis è Crinaco nepos, filium Leucippum mittit.*

Et Heliadum sub regno Danaus illic habitavit; ac mox Argos, ut ostendi, se recepit: sed Heliades, à Phœnicibus sunt ejecti. Conon, loco paulò antè jam citato. οὓς (Ἡλιάδας) Φοίνικες ἀνέστησαν, καὶ τὴν νῆσον ἔσχον. *Quos (Heliadas) Phœnices ejecerunt, insulamque occupârunt.* Nempe illi, Cadmo duce, in hanc insulam delati, sedem Jalysi posuere, & Neptuni sacerdotium, à ductore illic

Cadmo institutum, veluti hæreditarium tenuere. Diodorus. Μικρὸν δ' ὕστερον τούτων τῶν χρόνων, Κάδμος ὁ Ἀγήνορος, ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως κατὰ ζήτησιν τῆς Εὐρώπης, κατέπλευσεν εἰς τὴν Ῥοδίαν, κεχειμασμένος δ' ἰσχυρῶς κατὰ τὸν πλοῦν, καὶ πεποιημένος εὐχὰς ἱδρύσασθαι Ποσειδῶνος ἱερὸν, διασωθεὶς ἱδρύσατο κατὰ τὴν νῆσον τοῦ θεοῦ τούτου τέμενος, καὶ τῶν Φοινίκων ἀπέλιπέ τινας τοὺς ἐπιμελησομένους. οὗτοι δὲ, καταμιγέντες τοῖς Ἰαλυσίοις, διετέλεσαν συμπολιτευόμενοι τούτοις· ἐξ ὧν φασι τοὺς ἱερεῖς κατὰ γένος διαδέχεσθαι τὰς ἱερωσύνας. *Paulò post hæc tempora, Cadmus, Agenoris filius, ad investigationem Europæ à rege missus, & ipse in terram Rhodiorum venit. Inter navigandum verò vehementi tempestate agitatus, & Neptuno templum vovens, cùm incolumis evasisset, illud in hâc insulâ condit, & relinquit ex Phœnicibus nonnullos, illud porrò curaturos. Illi verò, Jalysiis permixti, civitatem cum his communem habuere: & ex illis, uti ferunt, oriundi in sacerdotium successere.* Ac Phœnices olim Rhodum tenuisse, meminit Ergéas quoque, apud Athenæum, lib. VIII. Ἐργείας οὖν ὁ Ῥόδιος, ἐν τοῖς περὶ πατρίδος, προειπὼν τινὰ περὶ τῶν κατοικησάντων τὴν νῆσον Φοινίκων, φησίν. *Ergéas itaque Rhodius, in Opere de patriâ suâ, præfatus quædam de Phœnicibus, qui inhabitârunt insulam, ait.* Huc pertinent illa apud Dictyn, de bello Trojano, lib. IV. *Neque multo pòst Rhodii Phalam incusare, quod paulò antè eversâ ab Alexandro Sidone, patriâ suâ, auxilium ei, à quo læsus sit, ferre cuperet.* Ecce, Rhodii Sidonem, urbem Phœniciæ, patriam suam appellabant. Quomodò verò Rhodo ejecti Phœnices ab Iphiclo, ex Ergéa, & Polyzelo, refert nobis Athenæus, lib VIII. Posteà, cùm Rhodii serpentibus infestarentur, jussu oraculi, insulæ participem Phorbantem faciunt. Diodorus. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς Ῥοδίας γῆς ἀνιείσης ὄφεις ὑπερμεγέθεις, συνέβη πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων ὑπὸ τῶν ὄφεων διαφθαρῆναι. διόπερ οἱ περιλειφθέντες ἔπεμψαν εἰς Δῆλον τοὺς ἐπερωτήσοντας τὸν θεὸν περὶ τῆς τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς. τοῦ δ' Ἀπόλλωνος προστάξαντος αὐτοῖς παραλαβεῖν τὸν Φόρβαντα, μετὰ τῶν συνακολουθέντων αὐτῷ, καὶ μετὰ τούτων κατοικεῖν τὴν Ῥόδον, τῶν δὲ Ῥοδίων μεταπεμψαμένων αὐτὸν κατὰ τὴν μαντείαν, καὶ μεταδόντων τῆς χώρας, ὁ μὲν Φόρβας ἀνεῖλε τοὺς ὄφεις, καὶ, τὴν νῆσον ἐλευθερώσας τοῦ φόβου, κατῴκησεν ἐν τῇ Ῥοδίᾳ. *Post hæc verò, cùm produceret serpentes Rhodiorum terra ingentes, accidit ut incolarum plurimi interficerentur.*

tur. quâ de causâ qui superstites remanserant, cùm in Delum ablegassent consulturos dei oraculum, quonam modo liberari malo possent, & Apollo mox juberet, ut Phorbantem, comitesque, in societatem insulæ adhiberent, mittunt, qui accersant virum, ac communem secum sedem illi offerrent. isque postquam advenisset, tollit illicò serpentes, insulamque metu liberat, & in eâ sedem figit. Hyginus, in Poëtico Astronomico, ubi de Ophiucho agit. *Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonstrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuisse demonstratur. Nam, cùm eorum insulam, serpentium multitudine occupatam, cives Ophiusam appellassent, & in eâ multitudine ferarum draco fuisset ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfecisset, dicitur Phorbas, Triopæ filius, eò tempestate delatus, omnes feras, & eum draconem interfecisse.* Ubi illud quoque observa; insulam tum demum dictam Ophiusam. Atque Phorbas quidem iste, sociique, Cares fuerint, quos Phœnicibus successisse tradit Conon, iitis verbis. Φοινίκων δ᾽ ἐκπεσόντων, Κᾶρες ἔσχον· ὅτι καὶ τὰς ἄλλας νήσους τὰς περὶ τὸ Αἰγαῖον ᾤκησαν. *Phœnicibus verò ejectis, Cares tenuerunt; cùm alias quoque insulas Ægæi maris habitarent.* Sed confundit Diodorus Triopam nepotem, & avum; qui, Heliadum unus, fratrem Tenagem cùm occîdisset, se in Cariam recepit, atque inde, ut apparet, Carum adscitâ multitudine, hinc in Rhodum commigravit. De fugâ in Cariam, clarè memorat Diodorus, lib. V. Alibi verò Diodorus non Phorbantem huc venisse, sed misisse filium Triopem, & Tlepolemum mox eodem advenisse, nobis refert, lib. IV. Τληπόλεμον δὲ τὸν Ἡρακλέους, ἐν Ἄργει κατοικοῦντα, λέγουσιν ἀνελεῖν Λικύμνιον τὸν Ἠλεκτρύωνος, ἐρίσαντα περί τινων. διὰ δὲ τὸν φόνον τοῦτον ἐξ Ἄργους φυγόντα εἰς Ῥόδον κατοικῆσαι. τὴν δὲ νῆσον ταύτην τότε κατῴκουν Ἕλληνες, οἱ ὑπὸ Τριόπα τοῦ Φόρβαντος κατοικισθέντες. *Tlepolemum verò, Herculis filium, Argis habitantem, ferunt, Licymnium Electryonis occidisse, de quibusdam contendentem: propter cædem verò Argis profugum, Rhodum inhabitasse. Insulam verò eam tunc tenebant Græci, qui sub Triopa Phorbantis huc deducti.* Ac Tlepolemum porrò ait, tres hîc urbes condidisse, Lindum, Jalysum, & Camirum: quas à Cercaphi Heliadæ tribus filiis conditas referre alios, paulo antè memoravi. Τὸ δ᾽ οὖν Τληπόλεμον κοινῇ μετὰ τῶν ἐγχωρίων

τριμερῆ ποιῆσαι τὴν Ῥόδον, καὶ τρεῖς ἐν αὐτῇ καταστῆσαι πόλεις, Λίνδον, Ἰήλυσον, Κάμειρον. *Tlepolemum itaque cum indigenis in tres partes insulam distribuisse, & in eâ tres ædificasse urbes; Lindum, Jalysum, ac Camirum.* Meminit iterum, lib. V. Verùm nullâ urbium illic conditarum mentione. Idem memorat quoque Strabo; & à Danai filiabus nomina imposuisse. Ἔνιοι δὲ τὸν Τληπόλεμον κτίσαι φασί. θέσθαι δὲ τὰ ὀνόματα ὁμωνύμως τῶν Δαναοῦ θυγατέρων τινῶν. *Quidam verò, Tlepolemum condidisse ajunt; & nomina imposuisse à quibusdam Danai filiabus.* Nempe fuerint hæ tres illæ Danai filiæ, quas hîc mortuas paulo antè memoravi ex Diodoro. Quin tres quoque illas urbes condidisse Dorienses, non Heliadas, duce Althæmene, tradit Conon, loco anteà citato. Οἱ Δωριεῖς, πολέμῳ τὸ Καρικὸν ἐπιστρεψάμενοι, τρεῖς πόλεις ἔκτισαν, Λίνδον, Ἰήλυσον, καὶ Κάμειρον. οἱ μὲν οὖν Δωριεῖς, ἀπὸ Ἀλθαιμένους ἀρξάμενοι, μέχρι καὶ δεῦρο καταβεβήκασιν. *Dorienses, bello profligatis Caribus, tres constituerunt urbes, Lindum, Jalysum, & Camirum, itaque Dorienses quidem, facto ab Althæmene initio, ad hæc usque tempora descenderunt.* De Tlepolemi in Rhodum fugâ, meminit & Apollodorus, lib. II. Pausanias, in Laconicis. Maximus Tyrius, Differt. XIX. Et hinc, novem navium instructâ classe, auxilium Trojano bello Græcis tulit: uti auctor est Homerus, Iliad. II. Dares, & Dictys, lib. I. Quin cum Rhodiis aliquando pervenisse in Crotonis fines, dicitur Aristoteli, libro Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Ac festum quoque in honorem ejus Rhodii celebrârunt, Τληπολέμια appellatum. Vide Græciæ meæ Feriatæ lib. VI. Sed ante Tleptolemum memorandus est Althæmenes, Catrei filius, regis Cretæ; qui, prædictum ab oraculo parricidium ut vitaret, huc concessit, ac Creteniam urbem condidit. Vide quæ notavi pridem, ex Diodoro, Apollodoro, Stephanoque, Cretæ meæ lib. III. Præter hunc, Althæmenes quoque alter fuit, ex Heraclidarum genere: cujus tamen Diodorus, qui recensuit cæteros omnes incolas illius insulæ, nullam mentionem facit. De hoc Conon accuratè. Ἀλθαιμένης, τοῦ Ἡρακλειδῶν γένους τρίτη γενεὰ ἀπὸ Τημένου, στασιάζει πρὸς τοὺς ἀδελφούς. νεώτατος δ' ἦν, καὶ μετανίσταται Πελοποννήσου, στρατὸν Δωριέων, ἔχων, καὶ τινὰς Πελασγῶν. ἔστελλον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τότε τὴν σὺν Νηλέῳ τε καὶ τοῖς Κοδρίδαις ἀποικίαν. ὁμοίως δὲ καθ' ἑαυτοὺς καὶ Λακεδαι-

μόνιοι

μόνοι τῶν Φιλονόμου λαὸν ἀπῴκιζον, ὧν ἡγεῖτο Δελφὸς ὄνομα καὶ Πόλις. καὶ ἑκάτεροι παρεκάλουν Ἀλθαιμένην, συμμετέχειν αὐτοῖς τοῦ ἔργου, οἵ τε Δωριεῖς τοῦ ἐπὶ Κρήτην πλοῦ, ἅτε καὶ αὐτὸν Δωριέα ὄντα· οἵτε Ἴωνες εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ σφῶν περαιωθῆναι. τῷ δὲ οὐδετέροις ἐδόκει συμπλεῖν· ἀλλὰ, κατὰ τὸν δοθέντα αὐτῷ χρησμὸν, ἐπὶ Δία, καὶ Ἥλιον, κομίζεσθαι, καὶ παρ᾽ αὐτῶν αἰτεῖν εἰς κατοίκησιν γῆν. εἶναι δὲ Διὸς μὲν, Κρήτην· Ἡλίου δὲ, Ῥόδον. ἀναγόμενος οὖν ἐκ Πελοποννήσου, προσίσχει πρὸς τὴν Κρήτην· καὶ μέρος τοῦ λαοῦ, τοὺς βουλομένους αὐτόθι οἰκεῖν, καταλείπει. αὐτὸς δὲ, τοὺς πλείστους ἔχων Δωριέων, ἔπλει ἐπὶ Ῥόδον. *Althæmenes, Heraclidarum generis progenies tertia à Temeno, à fratribus dißentiens, tumultuabatur. Natu vero minimus cùm eſſet, è Peloponneſo diſceſſit; copias ſecum Dorienſium ducens, & nonnullos Pelaſgorum. Mittebant vero eodem tempore coloniam Athenienſes, cum Neleo, Codridiſque. Similiter Lacedæmonii populum Philonomi mittebant alio habitatum, duce Delpho, Polideque. Et Althæmenem utrique in ſocietatem operis advocabant. Dores quidem, ut in Cretam navigare ſecum vellet, ipſe quoque Dorienſis; Jones verò, ut in Aſiam trajiceret. Sed Althæmeni neutris ſe conjungere viſum: maluitque, ex oraculì reſponſo, quod acceperat, ad Jovem, & Solem, proficiſci; & ab illis locum habitandi petere. Jovis autem, Cretam eſſe; Solis, Rhodum. Itaque, Peloponneſo proficiſcens, Cretam appellit; ac relinquit populi partem, habitare ibi loci cupientem: ipſe, plurimos ſecum ducens Dorienſium, Rhodum navigat.* Breviter Strabo, lib. XIV. Οἱ Δωριεῖς, οἱ τὰ Μέγαρα κτίσαντες, μετὰ τὴν Κόδρου τελευτὴν, οἱ μὲν ἔμειναν αὐτόθι, οἱ δὲ σὺν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ τῆς εἰς Κρήτην ἀποικίας ἐκοινώνησαν, οἱ δ᾽ εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ τὰς λεχθείσας ἀρτίως πόλεις ἐμερίσθησαν. *Dorienſes, qui Megara condiderunt, poſt mortem Codri, partim ibi manſerunt, partim Althæmeni Argivo ſocios ſe deducendæ in Cretam coloniæ adjunxere: partim in Rhodum, & quas modo dixi urbes, ſunt diviſi.* Ac Dorienſium, & Heraclidarum, coloniam eſſe, teſtatur etiam Conſtantinus Porphyrogeneta, de Rhodo agens, lib. I. Them. XIV. Δωριέων δέ ἐστιν ἄποικος, τῶν ἐκ Πελοποννήσου Ἀργείων τε καὶ Λακεδαιμονίων, τῶν ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους γενεὰς καταγομένων. *Dorienſium vero colonia eſt; qui ex Peloponneſo, Argivorum, & Lacedæmoniorum ad Herculem genus referunt.* Quin & è Peloponneſo, Λιμοδωριεῖς vocati, quaſi

si Famidorienses eos dicas, fame acti, huc venere. Hesychius. Λιμοδωριεῖς. Οὕτως ἐκλήθησαν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου, ἀπορίας χαλεπῆς ἐκεῖ γενομένης, ἀποικισθέντες διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, καὶ κατοικίσαντες περὶ Ῥόδον. *Famidorienses. Ita dicti, qui ex Peloponneso, cùm urgeret ingens fames, ob hanc causam excessere, & sedem fixerunt Rhodi.* Suidas. Λιμοδωριεῖς. Πελοποννήσιοι, οἱ διὰ λίμον μετοικήσαντες εἰς Ῥόδον. *Famidorienses. Peloponnesii, qui Rhodum ob famem commigrârunt.* Porrò etiam coloniam huc misisse memoratur Macareus quidam, Jovis è Crinaco nepos, duce filio Leucippo. Diodorus, libro V. Ἑξῆς δὲ (ὁ Μακαρεὺς) εἰς τὴν Ῥόδον Λεύκιππον ἐξέπεμψε, μετὰ συχνῶν οἰκητόρων· οὓς οἱ τὴν Ῥόδον κατοικοῦντες, διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀνδρῶν, ἀσμένως προσεδέξαντο, καὶ κοινῇ τὴν νῆσον ᾤκησαν. *In Rhodum deinceps (Macareus) emisit Leucippum, cum magnâ colonorum manu: quos qui Rhodum incolebant, ob virorum raritatem, haud gravatè admiserunt; insulamque, seu communem, habitârunt.*

CAP. VI.

Urbes insulæ: quarum prima Achæa; eaque à quibus condita. Dædala item, & Corydala. Inde tres aliæ; Lindus, Jalysus, & Camirus. Lindi situs, ac Minervæ illic templum; conditum à Danao, atque ejus filiabus. Ubi dedicata Pindari Olympionicarum Ode VII, aureis perscripta literis. Demetrii Triclinii locus, & anonymi Scholiastæ, ejus poëtæ, emendatus. Tum ejusdem quoque deæ simulacrum: quod Constantinopolim perlatum posteà, positumque ante curiam, hâc deinde conflagrante, illæsum mansit. Cadmi donaria: & in illis lebes æneus, inscriptus literis Phœniciis. Apollinis Telchinii signum. Amasidis thorax. Picturæ variæ, Parrhasii. Zeuxidisque.

Urbium insula antiquissima fuit Achæa. quam Heliadæ, Ochimus, & Cercaphus, ædificarunt: qui soli ex illis, cæteris ob cædem fratris inde profugis, ibi manserant. Diodorus, lib. V. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Ἡλίου παῖδες, (Ὄχιμος, καὶ Κέρκαφος,) διὰ τὸ μὴ μετασχεῖν τοῦ φόνου, κατέμειναν ἐν τῇ Ῥόδῳ, καὶ κατῴκησαν ἐν τῇ Ἰαλυσίᾳ, κτίσαντες

πόλιν

πόλιν Ἀχαιῶν. *Reliqui verò Solis filii, (Ochimus, & Cercaphus,) quod immunes cædis essent, in Rhodo manserunt; & in agro Jalysio, conditâ Achæâ urbe, habitarunt.* Meminitque hujus urbis Athenæus, lib. VIII. Erat etiam Dædala, urbs Rhodi, atque regio. Stephanus. Δαίδαλα, πόλις τῆς Ῥόδου, ἢ χωρίον. *Dædala, urbs Rhodi, aut regio.* Vide etiam Strabonem, lib. XIV. Item Corydala. Idem Stephanus Κορύδαλα, πόλις Ῥοδίων. *Corydala, urbs Rhodiorum.* Inde Cercaphi tres filii, Lindus, Jalysus, & Camirus, totidem alias condiderunt, suo nomine appellatas: quanquam alii, conditas eas à Tlepolemo, Herculis filio, alii rursum ab Althæmene, pronepote, sint auctores. Vide quæ commemoravi capite superiori, ex Conone, Diodoro, & Strabone. In his tribus primum locum Lindus tenuit; monti imposita, ad meridiem; templo insignis Minervæ quod à Danai filiabus, est exstructum: tum & ejus simulacro. Strabo, lib. XIV. Ἔστι δὲ πρώτη μὲν Λίνδος, πόλις ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη, πρὸς μεσημβρίαν ἀνατείνουσα. ἱερὸν δέ ἐστιν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανὲς, τῶν Δαναΐδων, ἵδρυμα. *Est verò prima quidem Lindus, urbs, monti imposita, ad meridem vergens. estque illic Lindiæ Minervæ fanum perillustre, à filiabus, Danai structum.* Et hoc ipsum est, quod Danaum illic condidisse refert Diodorus, lib. V. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Δαναὸς ἔφυγεν ἐξ Αἰγύπτου μετὰ τῶν θυγατέρων. καταπλεύσας δὲ τῆς Ῥοδίας τὴν Λίνδον, καὶ προσδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ἱδρύσατο τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ καθιέρωσεν. *His verò temporibus Danaus ex Ægypto profugit, venitque eam Rhodi partem in quâ Lindus &, exceptus ab indigenis, templum statuit Minervæ, atque deæ simulacrum dedicavit.* A Danao autem conditum esse, etiam testis est Herodotus, cujus verba statim proferam, lib. II. In hoc templo septimam Olympionicarum Oden Pindari dedicârunt Rhodiis, aureis perscriptam literis, in honorem Pindari, Diagoræve. Demetrius Triclinius, in illam Oden. Ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαι, φασὶν χρυσοῖς γράμμασιν ἐν τῷ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ. ἀνέθησαν δὲ, ἢ Πίνδαρον τιμῶντες, ἢ Διαγόραν. *Hanc Oden ajunt in Minervæ Lindiæ templo dedicatam literis aureis, seu in Pindari honorem, seu Diagoræ.* Admodum corruptè editur, ἐν τῷ τῆς Ληναίας ἱερῷ. *In Minervæ Lenææ fano.* Ac corruptiùs etiam multo legitur apud Scholiasten Anonymum, ad

eandem illam Oden. Ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαί φησι Γόργων ἐν τῷ τῆς Σεληναίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ χρυσοῖς γράμμασιν. *Hanc Oden dedicatam ait Gorgon literis aureis, in Minervæ Selinææ fano.* Omninò reſcribendum cenſeo, ſicut anteà, ἐν τῷ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἱερῷ. *In Minervæ Lindiæ fano.* Ac quod ſimulacrum attinet ejus deæ, in eodem templo poſitum, fuerit illud, quod tranſlatum poſteà Conſtantinopolim, poſitumque ante curiam, unà cum Jovis Dodonæi, eâ incenſâ, ſub Arcadio, & Honorio, ignibus illæſum manſit. Narrat Zoſimus, lib. V. Τοῦτο τῆς γερουσίας τὸ τέμενος, οὗπερ ἕνεκα ταῦτα διέξειμι, Διὸς, καὶ Ἀθηνᾶς, ἀγάλματα πρὸ τῶν θυρῶν εἶχεν, ἐπί τινων βάσεων λιθίνων ἑστῶτα, καθ' ὃ καὶ νῦν ἐστιν αὐτὰ θεάσασθαι σχῆμα. Φασὶ δὲ, τὸ μὲν τοῦ Διὸς, εἶναι τοῦ Δωδωναίου. τὸ δὲ, τὸ ἐν τῇ Λίνδῳ πάλαι καθιδρυμένον. τοῦ πυρὸς τοίνυν ἐπινεμηθέντος ἅπαν τὸ τέμενος, ὁ μὲν ἐπικείμενος τῷ τέγει μόλιβδος, ἔῤῥει τηκόμενος κατὰ τῶν ἀγαλμάτων. ἐφέροντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς οἰκοδομίας λίθοι κατὰ τούτων, ἀντέχειν τῇ τοῦ πυρὸς φύσει μὴ δυνηθέντος. εἰς χώματος δὲ σχῆμα τοῦ παντὸς κάλλους μεταβληθέντος, ἡ μὲν κοινὴ δόξα, καὶ ταῦτα ἐτόπαζε κόνιν καὶ αὐτὰ γενέσθαι. καθαιρόμενος δὲ ὁ τόπος, καὶ πρὸς ἀνανέωσιν γινόμενος εὐτρεπὴς, ἔδειξε τὰ τῶν θεῶν τούτων ἀγάλματα μόνα κρείττονα τῆς παντελοῦς ἐκείνης γεγονότα φθορᾶς. *Templum iſtud ſenatus, cujus cauſâ hæc commemoro, ſimulacra Jovis, & Minervæ, ante fores habebat, in lapideis quibuſdam baſibus ſtantia, quâ quidem formâ nunc etiam conſpiciuntur. Ajunt verò, illud Jovis quidem, eſſe Dodonæi alterum (Minervæ) vero, id quod olim dedicatum Lindi fuit. Igitur, ubi templum univerſum ab igne abſumptum eſſet, ſimul & impoſitum tecto plumbum liquefactum in hæc ſimulacra deſtillabat, & in eadem ædificii quoque lapides ferebantur, ſi qui naturæ ignis reſiſtere non potuiſſent. Cùm autem univerſum hoc pulcrum ædificium in rudera converſum eſſet, communis quidem opinio erat, hæc etiam ſimulacra in cinerem redacta eſſe.* Zonaras, ſub Baſiliſco factum tradit, Annal. III. Minervam porrò illam donariis honoravit Cadmus, inter quæ & lebes æneus. Diodorus, lib. V. ὁ δ' οὖν Κάδμος καὶ τὴν Λινδίαν Ἀθηνᾶν ἐτίμησεν ἀναθήμασιν, ἐν οἷς ἦν χαλκοῦς λέβης ἀξιόλογος, κατεσκευασμένος εἰς τὸν ἀρχαῖον ῥυθμόν. οὗτος δ' ἐπιγραφὴν φοινικικοῖς γράμμασιν. *Ac Cadmus quidem Minervam Lindiam donariis honoravit; inter quæ erat lebes æneus dignus memoratu, antiquâ conci-*

concinnitate factus, habebatque inscriptionem literis Phœniciis. Post hæc Amasis, rex Ægypti, donavit duo lapidea signa, & thoracem lineum spectatu dignum. Herodotus, lib. II. ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα ὁ Ἄμασις, πέμψας ἐς τὴν Ἑλλάδα. τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ, δύο τε ἀγάλματα λίθινα, καὶ θώρηκα λίνεον ἀξιοθέητον. *Dedicavit autem Amasis donaria, quæ misit in Græciam: Minervæ, quæ Lindi est, duo simulacra lapidea, & thoracem lineum, spectatu dignum.* Ac causam mox addit, quod Danaides, eò profugæ, templum istud exstruxissent. Ἐς δὲ Λίνδον, ξεινίης μὲν οὐδεμιῆς εἵνεκεν· ὅτι δὲ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Λίνδῳ τὸ τῆς Ἀθηναίης λέγεται τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας ἱδρύσασθαι, προσσχούσας, ὅτε ἀπεδίδρησκον σὺ Αἰγύπτου παῖδας. *Lindum verò, nullius quidem hospitii gratiâ, sed, quia templum Minervæ, quod Lindi est, Danai filiæ, cùm Ægypti ipsæ filios effugissent, condidisse memorantur.* De Amasidis verò thorace, est & Plinii iste locus, lib. XIX. cap. *Mirentur hoc ignorantes, in Ægyptii quondam regis, quem Amasim vocant, thorace in Rhodiorum insulâ ostendi, in templo Minervæ, trecentis sexaginta quinque filis singula fila constare.* Erat etiam simulacrum illic Apollinis Telchinii; ita dictum; quod Telchines id fecisset. Meminit idem Diodorus paullo antè, eodem libro. ἀγάλματά τε θεῶν πρῶτοι (οἱ Τελχῖνες) κατασκευάσαι λέγονται, καί τινα τῶν ἀρχαίων ἀφιδρυμάτων ἀπ' ἐκείνων ἐπωνομάσθαι. παρὰ μὲν γὰρ Λινδίοις, Ἀπόλλωνα Τελχίνιον προσαγορευθῆναι. *Simulacra quoque deorum primi (Telchines) fecisse memorantur: & quædam, olim dedicata, eo nomine appellantur. quippe, apud Lindios quidem, Apollinem Telchinium cognominatum.* Minervæ verò hujus templi, meminit etiam Plutarchus, in extremo M. Marcello. Varias quoque Parrhasii picturas fuisse, licet discere ex Athenæo, lib. XV. & Zeuxidis Hercules, memoratur apud Plinium, lib. XXXV. cap. X.

CAP. VII.

Lindiorum sacrificium, initium à quodam Herculis facto ducens. Proverbium, Λίνδιοι τὴν θυσίαν. *Eorum aliud sacrificium,* Τελεθία *appellatum. Ager asper: & donarium in Ætoliâ, signum Apollinis. Naves Lindiæ. Sacra Mylanteorum, apud Camirenses.*

Memorabile sacrificium Lindiorum, quod Lactantius nobis refert, lib. I. cap. xxj. *Apud Lindum, quod est Rhodi oppidum, Herculi sacra sunt, quorum à cæteris longè diversa est ratio. siquidem non* εὐφημίᾳ, *ut Græci appellant, sed maledictis, & execratione celebrantur: eaque pro violatis habent, si quando inter solennes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Cujus rei hæc ratio redditur; si tamen ulla esse ratio in rebus vanissimis potest. Hercules, cùm eò delatus esset, famemque pateretur, aratorem quendam aspexit operantem: ab eoque petere cœpit, ut sibi unum bovem venderet. Ille negavit fieri posse; quia spes sua omnis colendæ terræ duobus illis jumentis niteretur. Hercules, solitâ violentiâ usus, quia unum accipere non potuit, utrumque sustulit. at ille infelix, cùm boves suos mactari videret, injuriam suam maledictis ultus est. quod homini eleganti, & urbano, gratissimum fuit. nam dum comitibus suis epulas apparat, dumque alienos boves devorat, illum, sibi amarissimè convitiantem, cum risu, & cachinnis, audiebat. Sed postquam Herculi divinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit, à civibus ei ara posita est; quam de facto* Βούζυγον, *id est, bovis jugum, nominâvit: ad quam duo juncti boves immolarentur, sicut illi, quos abstulerat aratori: eumque ipsum sibi constituit sacerdotem: ac præcepit, ut iisdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis uteretur: quod negaret se unquam epulatum esse jucundius.* Conon apud Photium, Narrat. XI. Ἡ ἑνδεκάτη τὸ περὶ τῆς Ἡρακλέους θυσίας, ἣν Λίνδιοι μετ᾽ ἀρᾶς θύουσιν αὐτῷ, διέξεισι· καὶ ὡς τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἀπό τινος ἀροτῆρος Λινδίου. ὃς, ἐπεὶ τροφὰς ᾔτει Ἡρακλῆς ὑπὲρ Ὕλλου τοῦ παιδὸς, ὃν κομιδῆ νέον κατὰ τὴν ὁδὸν συνεπήγετο, ἀντὶ τοῦ μὴ παρασχεῖν, καὶ προσύβρισεν. Ἡρακλῆς δὲ, χαλεπήνας, ἕνα τῶν βοῶν κατασφάξας, αὐτός τε θοινᾶται, καὶ τῷ παιδὶ δίδωσιν. ἠρᾶτο δὲ πόρρωθεν ὁ ἀροτήρ. καὶ ὁ Ἡρακλῆς, γέλωτι διδοὺς τὰς ἀρὰς, οὐδέποτε ἀπεφθέγξατο θοινῆς ἥδιον ἀπολαῦσαι, ἢ τῆς μετὰ τῶν ἀρῶν. *Undecima de Herculis sacrificio commemorat, quod Lindii cum imprecatione illi faciunt, utque originem hoc ab aratore quodam Lindio duxerit: qui, cùm Hercules alimenta pro Hyllo puero postularet, quem valdè juvenem viæ comitem trahebat, non tantùm non cibum præbuerit, sed convitiis item incesserit. Quare Hercules indignatus, alterum boum ejus mactans, cùm & ipse epulatur, tum & puero inde præbet.*

præbet. aratore interim eminus imprecante. Verùm Hercules, imprecationes ridens, nunquam ſe ſuavius eſſe epulatum affirmabat, quàm quæ imprecationibus conditæ fuiſſent. Philoſtratus, in Thiodamante, Icon. lib. II. καὶ ὁ Θειοδάμας οὗτος σεμνὸς παρὰ Λινδίοις. ὅθεν βοῦς μὲν ἀρότης Ἡρακλεῖ θύεται. κατάρχονται δὲ ἐπαρώμενοι, ὅσα, οἶμαι, ὁ γεωργὸς τότε. χαίρει δὲ ὁ Ἡρακλῆς, καὶ Λινδίοις δίδωσι καταρωμένοις τἀγαθά. *Et Thiodamas hic apud Lindios venerandus eſt, unde quidem bos arator Herculi immolatur. Auſpicantur autem ſacra imprecantes, quæcunque, ut puto, tunc agricola.* Huc pertinent illa Gregorii Nazianzeni, in Julianum, Orat. I. Ποῦ δὲ, ὥσπερ Λινδίοις, εὐσεβὲς, τὸ καταρᾶσθαι τῷ Βουθοίνᾳ, καὶ τοῦτο εἶναι θεοῦ τιμὴν, τὰς εἰς αὐτὸν λοιδορίας. *Ubinam autem, ut apud Lindios, Buthœnam execrari pium habetur; ac convitia, in honorem dei accipi?* Ubi Elias Cretenſis Herculis quidem factum refert, ſed non meminit ſacrificii. Hinc Proverbio apud Græcos dictitatum, Λίνδιοι τὴν θυσίαν. *Lindii ſacrificium.* Lucillus Tarrhæus, in Collect. Proverb. Λίνδιοι τὴν θυσίαν. παροιμία, ἐπὶ τῶν δυσφήμως ἱερουργούντων· ἀπὸ Ἡρακλέους, ἐν Λίνδῳ βοῦς ἀποσπάσαντος γεωργοῦ, καὶ θοινησαμένου, τοῦ δὲ γεωργοῦ λοιδορουμένου αὐτόν. ὅθεν καὶ Λίνδιοι κατὰ χρησμὸν οὕτω θύουσιν Ἡρακλεῖ λοιδορούμενοι. *Lindii ſacrificium. Proverbium, in eos dictum, qui cum maledictis ſacra faciunt. cauſâ ab Hercule deductâ, qui agricolæ bovem Lindi, vi ereptum, comediſset, convitia in ipſum jaciente agricolâ. Unde &, oraculi juſſu. ſacra illi cum convitiis Lindii faciunt.* Quæ totidem verbis Zenobius, Cent. IV. Proverb. xcv. Vide etiam Diogenianum, Cent. vj. Proverb. XV. Breviter Heſychius. Λίνδιοι τὴν θυσίαν. παροιμία, ἐπὶ τῶν δυσφήμως ἱερουργούντων. *Lindii ſacrificium. Proverbium, in eos, qui ſacrificant cum convitiis.* Quin & aliud quoddam apud Lindios ſacrificium peragi ſolitum, cui nomen τελεσθία. Heſychius meminit, iſtis verbis. Τελεσθία, θυσία τις ἐν Λίνδῳ. *Teleſthia, ſacrificium quoddam Lindi.* Ager verò Lindiorum, aſper erat; uvis quidem, ficubuſque, ſat idoneus: ſed vehiculis, & arationi, ineptus. Philoſtratus, citato paulo antè loco. Τραχὺς οὗτος, καὶ, νὴ Δί', ἐν τραχείᾳ τῇ γῇ. Ῥόδος γὰρ αὕτη ἡ νῆσος. ἧς τὸ τραχύτατον, Λίνδιοι. γῆ, σταφίδας μὲν, καὶ σῦκα, ἀγαθὴ δοῦναι· ἀρόσαι δὲ, οὐκ εὐδαίμων, καὶ ἁμαξεῦσαι ἄπορος. *Aſper hic, &, per Jovem, in aſperâ tellure. Rhodus*

enim est hæc insula; cujus pars asperrima Lindii, Solum, ferax quidem uvarum, ficuumque; at arationi ineptum, & vehiculis. Atque inde synecdochicè Rhodus tota ab hac parte *Aspera* dicitur apud Statium, in Equo Domitiani, Sylv. lib. I.

——— contempto mallet
Rhodos aspera Phœbo.

Lindiorum etiam donarium quoddam memoratur, Apollinis signum, juxta Minervæ collocatum; quod Achæi dedicaverant, captâ Ætoliæ urbe Phanâ. Pausanias, Phocicis. Ἀχαιοὶ δὲ ἀνέθεσαν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, πόλιν τὴν ἐν Αἰτωλίᾳ παραστησάμενοι πολιορκίᾳ. τῇ πόλει δὲ, ἣν εἷλον, Φανὰ τοὔνομα ἦν. Ῥόδιοι δὲ, οἱ ἐν Λίνδῳ, παρὰ ταύτην τὴν Ἀθηνᾶν τὸ ἄγαλμα ἔστησαν τοῦ Ἀπόλλωνος. *Achæi Minervæ signum posuerunt, Ætoliæ urbe, cui nomen Phana erat, per obsidionem captâ. Rhodii, qui Lindum habitant, signum prope hanc Minervam Apollinis constituerunt.* Memorat quoque naves Lindias Eustathius, ad Dionysium. Πόλις Λίνδος, ἡ καὶ μέχρι νῦν περιᾳδομένη, ἀφ' ἧς πλοῖα Λινδικά. *Urbs Lindus, quæ etiamnum celebrata: à quâ navigia Lindica.* Ac de Lindiis quidem, ista dicta sunt. Apud Camirenses verò sacra Milanteorum erant, à Milante, uno Telchinum instituta. Hesychius, Μύλας, εἷς τῶν Τελχίνων, ὃς τὰ ἐν Καμείρῳ ἱερὰ Μυλαντείων ἱδρύσατο. *Mylas, unus ex Telchinibus, qui Camiri sacra Mylanteorum instituit.*

C A P. VIII.

Ixia, & Mnasurium. Ixus, portus: & Apollos Ixius. Mons Atabyris, sive Atabyrum; deque ejus nomine emendati, Geminus, Diodorus, Appianus. Jovis Atabyrii ara, atque templum. Ejus item altitudo. Boves ænei in illo, mugientes, si quid mali immineret. Tota insula inde Atabyria dicta. Hesychii locus restitutus.

Juxta Lindum, regio Ixia erat, & Mnasurium. Strabo, lib. XIV. Μετὰ δὲ Λίνδον, Ἰξία χωρίον, καὶ Μνασύριον. *Post Lindum verò, Ixia regio, & Mnasurium.* Stephano plurali numero Ἰξίαι dicitur, inditumque nomen esse ab Ixo portu: Ixiusque ibi Apollo colebatur. Ἰξίαι, πληθυντικῶς, χωρίον τῆς Ῥόδου, ἀπὸ Ἴξου λιμένος· καὶ Ἴξιος Ἀπόλλων.

λῶν. *Ixiæ, pluraliter, regio Rhodi, ab Ixo portu. & Ixius Apollo.* Inde est mons Atabyris, & in eo templum Jovis Atabyrii. Strabo, loco citato. Εἶθ' ὁ Ἀτάβυρις, ὄρος τῶν ἐνταῦθ' ὑψηλότατον, ἐν ᾧ ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου. *Inde est Atabyris, mons illius loci altissimus: & ibidem Jovis Atabyrii fanum.* Meminitque montis hujus etiam alibi, lib X. Nomen montis, apud multos est corruptum. quippe apud Geminum, in Elementis Astronomiæ, cap. Περὶ ἐπισημασιῶν τῶν ἄστρων, malè Σαταβύριον editur; apud Diodorum verò, lib. V. Ἀτάμυρον; apud Appianum, De Bell. Mithrid. τάβυρον. Stephanus. Ἀτάβυρον, ὄρος Ῥόδου· Ῥιανὸς, ἕκτῳ Μεσσηνιακῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀταβύριος. ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς. *Atabyrum, mons Rhodi. Rhianus, sexto Messeniacorum. gentile, Atabyrius: unde etiam Atabyrius Jupiter.* Fanum verò istud Jovis Atabyrii, conditum est ab Althæmene; cum in Rhodo, patriâ profugus, uti dixi, domicilium posuisset. Diodorus, lib. V. Ἐπὶ δὲ ὄρους Ἀταβύρου ita enim est scribendum, non Ἀταμύρου,) Διὸς ἱερὸν ἱδρύσατο (ὁ Ἀλθαιμένης) τοῦ προσαγορευομένου Ἀταβυρίου. Malè illic quoque editum, Ἀταμυρίου. *In moute verò Atabyro fanum Jovis (Althæmenes) statuit, Atabyrii appellati.* Apollodorus, aram memorat, non templum, lib. III. Ἀναβὰς δὲ (ὁ Ἀλθαιμένης) τὸ Ἀταβύριον καλούμενον ὄρος, ἐθεάσατο τὰς πέριξ νήσους. καθορῶν δὲ καὶ Κρήτην, καὶ τῶν πατρῴων ὑπομνησθεὶς θεῶν, ἱδρύετο βωμὸν Ἀταβυρίου Διός. *Conscenso autem Atabyrio monte, jacentes circum insulas (Althæmenes) circumspectavit: ac Cretam quoque conspicatus, & deorum patriorum recordatus, aram Jovi Atabyrio dedicavit.* Verum fani, etiam plures meminere. Appianus, loco citato. Ἡ Ἀταβυρίου Διὸς ἱερὸν ἦν, καὶ κολοβὸν τειχίον. *Quà fanum erat Jovis Atabyrii, & humilis murus.* Ita enim est scribendum cùm illis, tum iterum paulo pòst, pro, Ταβυρίου. Polybius quoque, in excerptis libri IX. Ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς, Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἔκτισται, καὶ Διὸς Ἀταβυρίου, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις. *In vertice, Minervæ ædes condita est, & Jovis Atabyrii, quemadmodum etiam apud Rhodios.* Pindarus, Olymp. Od. VII.

——— ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ, νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
μεδέων. ———

sed

——— *sed ô Jupiter pater, ca-*
cumini Atabyrii
dominans. ———

Ubi vide Demetrium Triclinium, & Anonymum Scholiasten. Ait porrò etiam de hoc monte Strabo, excelsissimum fuisse ejus insulæ; idque verum: altitudinemque ejus tantam memorant, ut ex illo conspicari Cretam possent. Diodorus, de fano Jovis Atabyrii. Ἔτι καὶ νῦν τιμᾶται διαφερόντως, κείμενος ἐπὶ τινὸς ὑψηλῆς ἄκρας, ἀφ' ἧς ἐστιν ἀφορᾷν τὴν Κρήτην. *Etiamnum summo in honore habetur: estque in cacumine excelso positum, unde videre Cretam licet.* Ac testatur etiam Apollodorus, in citatis statim verbis. In hoc monte, boves ænei memorantur, qui mugirent, si quid mali immineret. Scholiastes Pindari, loco citato. Εἰσὶ δὲ χαλκαῖ βόες ἐν αὐτῷ, (τῷ Ἀταβυρίῳ,) αἵτινες, ὅταν μέλλῃ ἄτοπόν τι γίνεσθαι, μυκῶνται. *Sunt verò in ipso, Atabyrio,) boves ænei: qui, si quid infausti immineat, mugiunt.* Quæ totidem verbis ad eundem locum Demetrius Triclinius. Joannes Tzetzes, Chil. IV. cap. cxxx. viij.

——— Ῥόδιόν ἐστιν ὄρος,
Τὴν κλῆσιν Ἀταβύριον, χαλκᾶς πρὶν ἔχον βόας,
Αἳ μυκηθμὸν ἐξέπεμπον, χωρούσης Ῥόδῳ βλάβης.
——— *Rhodius mons est,*
Nomine Atabyrius, æneos olim habens boves,
Qui mugitum emittebant, incumbente Rhodo damno.

Denique ab isto monte tota olim, insula dicta Atabyria; non à rege, cujus veterum nemo meminit, uti Plinius nobis auctor, lib. V. cap. xxxj. *Vocitata est (Rhodus) anteà Ophiusa, Asteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pæessa, Atabyria, ab rege.* Itaque Hesychius est emendandus. Ἀταβυρία, ἡ Ῥόδος πάλαι. *Atabyria, Rhodus olim.* Admodum corruptè editur: Ἀταβυρία, ἡ ὀγόδος πάλαι.

CAP.

CAP. IX.

Camirus, pagus; Jalysus, & arx ejus, Ochyroma. Strabonis locus emendatus. Ochyroma, eadem quæ Achaia vetus. Theocriti Scholiastæ locus emendatus. Camiri, incola Althæmenes, Catrei Filius; & Telchinia illic Juno: ut Jalysi quoque Nymphæ. Nummi etiam ejus urbis.

Sequebatur Camirus, & Jalysus; ac supra eam arx, ὀχύρωμα appellata. Strabo, lib. XIV. Εἶτα Κάμειρος. εἶτ' Ἰάλυσος, κώμη, καὶ ὑπὲρ αὐτὴν ἀκρόπολίς ἐστιν, ὀχύρωμα καλουμένη. *Inde Camirus; hinc Jalysus, pagus: & supra eam arx est, Ochyroma nomen habens.* Sed luxatus sine dubio ille locus; ac legendum, leviter transpositis verbis: Εἶτα Κάμειρος, κώμη· εἶτ' Ἰάλυσος, καὶ ὑπὲρ α. *Inde Camirus, pagus; hinc Jalysus: & s.* Adeò vetus autem hoc mendum est, ut & ab Eustathio repræsentetur, ubi de his urbibus agit, Iliad. β'. Ac Camirum pagum dixit, quia nullo muro cincta. Clarè id Thucydides dicit, lib. VIII. καὶ προσβαλόντες Καμείρῳ τῆς Ῥοδίας πρώτη ναυσὶ τέσσαρσι καὶ ἐνενήκοντα, ἐξεφόβησαν μὲν τοὺς πολλοὺς, οὐκ εἰδότας τὰ πρασσόμενα, καὶ ἔφυγον, ἄλλως τε καὶ ἀτειχίστου οὔσης τῆς πόλεως. *Cùm ad Camirum terræ Rhodiæ primum appulissent navibus quatuor & nonaginta, permultis terrorem injecerunt, ignaris quæ agerentur: ac fugiebant, maximè cùm muro cincta urbs non esset.* Nam Jalysum, pariter ac Lindum, urbem sat munitam fuisse hinc apparet, quod non ceperint utranque Lacedæmonii, ut Camirum, sed persuaserint blandis verbis, ut transirent ab Atheniensibus in suas partes. Addit enim hîc Thucydides. τοὺς ἐκ τῶν δυοῖν πόλεοιν Λίνδου τε καὶ Ἰηλυσοῦ Ῥοδίους, ἔπεισαν ἀποστῆναι Ἀθηναίων. *Duarum civitatum, Lindi & Jalysi, Rhodiis persuaserunt, ut ab Atheniensibus deficerent.* Quippe, si fuissent pagi, nihil opus erat illis persuadere, quos in potestatem cogere sine morâ potuissent. Itaque est certum mendum in Strabone. Et Jalysi quidem arcem, ochyroma appellatam, censeo fuisse Achæam illam veterem, quam ab Ochimo, Cercaphoque in agro Jalysio conditam, anteà commemoravi. Ut hoc putem, auctor mihi Athe-

næus, lib. VIII. οἱ περὶ Φάλανθον ἐν τῇ Ἰαλυσῷ πόλιν ἔχοντες ὀχυρωτάτην, τὴν Ἀχαίαν καλουμένην, καὶ δαψιλῶς ἐγκρατεῖς ὄντες, χρόνον πολὺν ἀντεῖχον Ἰφίκλῳ. *Phalanthus, quique cum eo, Jalysi tenentes urbem munitissimam, Achæam dictam, commeatu sufficiente, diu Iphiclo restitere.* Ac videtur Jalysus, uti patris ampliorem urbem faceret, suam illi adjecisse. Quin hoc etiam argumento est, Achæam coaluisse Jalyso, quod, post conditas tres urbes, Lindum, Jalysum, & Camirum, nulla Achææ mentio seorsim fiat. Corruptum porrò Jalysi nomen apud Scholiasten Theocrit. Idyll. XVII. Ἡ τῶν Δωριέων πεντάπολις, Λίνδος, Ἄλυσος, Κάμειρος, Κῶς, Κνίδος. *Doriensium pentapolis, Lindus, Alysus, Camirus, Cos, Cnidus.* Rescribe: Λ. Ἰάλυσος. *L. Jalysus.* Quod Camirum porrò attinet; hic Althæmenes, Catrei filius, Cretâ profugus, habitavit. Diodorus, lib. V. Ὁ μὲν οὖν Ἀλθαιμένης, μετὰ τῶν συνακολουθησάντων, κατῴκησεν ἐν τῇ Καμείρῳ, τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. *Althæmenes itaque, cum aliis illum secutis, Camiri habitavit, ab indigenis honoratus.* Ac Telchinia illic Juno colebatur. Idem Diodorus alibi, eodem libro. Παρὰ δὲ Καμειρεῦσιν, Ἥραν (προσαγορευθεῖσαν) Τελχινίαν. *Apud Camirenses verò, Junonem (cognominatam) Telchiniam.* Jalysi verò, non duntaxat Juno erat hoc cognomine, sed & Nymphæ. Diodorus iterum, ibidem. Παρὰ δὲ Ἰαλυσίοις, Ἥραν, καὶ Νύμφας Τελχινίας. *Apud Jalysios verò, Junonem, & Nymphas, Telchinias.* Memorantur & urbis ejus nummi. Hesychius. Ἰαλύσια, τὰ ἐν Ἰαλυσῷ νομίσματα. *Jalysia, qui Jalysi erant nummi.* Hujus urbis, ceu primariæ, campum esse Rhodum dicit Dionysius Alexandrinus, in suâ Orbis Descriptione.

——— ἄντα δὲ πέζης
Αἰγυπτίης Ῥόδος ἐστὶν, Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν.
——— *ex adverso autem oræ*
Ægyptiæ Rhodus est, Jalysiorum campus virorum.

CAP.

CAP. X.

Ex tribus urbibus, Lindo, Jalyſo, & Camiro, una deinde Rhodus facta: idque quando, & quis architectus fuerit. Iſidori magnus error. Ejus figura, ambituſque. Hygini error. Munitio, & ſitus totus, pulcritudoque.

Inde ex his tribus urbibus, Lindo nempe, Jalyſo, & Camiro, una Rhodus conſtituta. Scylax, in Periplo. Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος, τρίπολις ἀρχαία πόλις. καὶ ἐν αὐτῇ πόλεις αἵδε· Ἰαλυσὸς, Λίνδος, Κάμειρος. *Rhodus ſecundùm hoc inſula, urbs antiqua, è tribus conſtans. ſuntque in eâ hæ urbes; Jalyſus, Lindus, Camirus.* Quando autem illud factum? Ariſtides dicit, non fuiſſe ante tempora Lyſandri, Lacedæmoniorum ducis, in Rhodiacâ. ἐπὶ τῶν περὶ Λυσάνδρου δήπου χρόνων, τοῦ Λακεδαιμονίων ναυάρχου, σχεδὸν πάντες ἐπίστασθε, ὅτι οὔπω συνῴκιστο ἡμῖν ἡ πόλις, ἀλλ' ἦν τῆς νήσου μόνον τὸ ὄνομα. πόλις δὲ οὐκ ἦν πω Ῥόδος, οὐδ' ᾠκεῖτο ὑπ' οὐδένων· ἀλλὰ τὰς παλαιὰς ᾤκουν τρεῖς, ἅσπερ καὶ Ὅμηρος κατέλεξεν, οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους Ῥόδιοι. συνελθόντες δ' ὕστερον ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων, μίαν ταύτην, οὐ πᾶσι καλοῖς ἄρα τοῖς οἰωνοῖς, ᾤκισαν. *Illud ferè ſcitis omnes, ante Lyſandri, qui fuit Lacedæmoniorum dux navalis, tempora, nondum fuiſſe urbem veſtram excultam; ſed inſulæ duntaxat hoc nomen, nec etiam urbem, Rhodum fuiſſe, nec à quoquam eſſe habitatam: quoniam antiquas tres urbes, quas etiam Homerus enumeravit, ejus temporis Rhodii incolebant. ac pòſt, ex omnibus urbibus collecti, hanc unam, non omninò bonis avibus, fundârunt.* Strabo illud factum dicit tempore belli Peloponneſiaci; & quidem ab eodem architecto, qui exſtruxit Piræeum, lib. XIV. Ἡ δὲ νῦν πόλις, (Ῥόδος,) ἐκτίσθη κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀρχιτέκτονος, ὑφ' οὗ καὶ ὁ Πειραιεύς. *Quæ verò nunc urbs eſt, (Rhodus,) Peloponneſiaci belli tempore eſt exſtructa, ab eodem architecto, à quo etiam Piræeus.* Et ex eo Euſtathius, ad Iliad. β'. Τὴν πόλιν (Ῥόδον) ὕστερον φησὶ κτισθῆναι κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ, ὑπὸ ἀρχιτέκτονος, ὑφ' οὗ καὶ ὁ Ἀττικὸς λιμὴν ὁ Πειραιεύς. *Urbem verò (Rhodum) poſteà exſtructam ait, tempore belli Peloponneſiaci, ab*

architecto, à quo etiam portus Atticus Piræeus. Idque fuit Olymp. XCIII. anno I. Diodorus, in illius anni rebus, lib. XIII. οἱ δὲ τὴν Ῥόδον νῆσον κατοικοῦντες, καὶ Ἰήλυσον, καὶ Λίνδον, καὶ Κάμειρον, μετῳκίσθησαν εἰς μίαν πόλιν, τὴν νῦν καλουμένην Ῥόδον. *Qui verò Rhodum insulam inhabitabant, Jalysum, Lindum, & Camirum, in unam urbem, quæ nunc Rhodus appellatur, commigrârunt.* Architectus verò urbis, quem & Piræeum Strabo exstruxisse nobis refert, est Hippodamus Milesius: de quo vide quæ notavi Lect. Attic. lib. V. cap. xix. Itaque gravissimè errat Isidorus, cùm id Cecropi adscribit, Atheniensium multis antè seculis regi, Orig. lib. XV. cap. I. *Cecrops in insulâ Rhodo Rhodum ædificavit.* Erat autem ædificata quasi in theatri formam. Diodorus, lib. XIX. Θεατροειδοῦς δ' οὔσης τῆς Ῥόδου, καὶ τὰς ἐγκλίσεις τῶν ὑδάτων κατὰ τὸ πλεῖστον εἰς ἕνα τόπον ποιουμένης, εὐθὺς τὰ ταπεινὰ τῆς πόλεως ἐπληροῦτο. *Et quia Rhodus ad theatri formam constructa, & aquæ in unum maximè locum declinarent, continuò depressiora urbis loca replebantur.* Iterum, de Rhodo agens, lib. XX. Οὔσης δὲ τῆς πόλεως θεατροειδοῦς, πάντες τό, τε μέγεθος τοῦ στόλου, καὶ τὴν αὐγὴν τῶν ἀποστιλβόντων ὅπλων, καταπληττόμενοι, περὶ τῶν ὅλων οὐ μετρίως ἠγωνίων. *Nam cùm theatri formam urbs referret, omnes perculsi cùm magnitudine classis, tum fulgore radiantium armorum, non mediocriter de summâ rerum angebantur.* Ambitus ejus, stadia octoginta habebat. Strabo, lib. XIV. Εἶθ' ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, ἐν ὀγδοήκοντά που σταδίοις. *Deinde est urbs Rhodiorum, stadiorum citer octoginta.* Magnus error est Hygini; cùm, qui ambitus urbis erat, insulæ tribuit, ubi de insulis maximis agit, Fab. CCLXXVI. *Rhodos, in rotundo posita, circuitu stadia octoginta.* Munitam admodum fuisse, prædicat Pausanias, in Messenicis. Τὰ δὲ ἐν Ἀμβρύσσῳ τῇ Φωκικῇ, ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ Ῥόδῳ, ταῦτα γὰρ δὴ τετειχισμένα δοκεῖ τὰ χωρία ἄριστα, τούτων Μεσσηνίοις ἐστὶν ὀχυρώτερον. *Quæ verò urbes muris videntur optimè munitæ, Ambrysos Phocica, Byzantium, & Rhodus, iis urbs Messeniorum est munitior.* Situm ejus universum, istis verbis tradit Strabo, lib. XIV. Ἡ δὲ τῶν Ῥοδίων πόλις κεῖται ἐπὶ τοῦ ἑωθινοῦ ἀκρωτηρίου· λιμέσι δὲ, καὶ ὁδοῖς, καὶ τείχεσι, καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ, τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων, ὥστ' οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ἑτέραν, ἀλλ' οὐδὲ πάρισον, μή τί γε κρείττω ταύτης τῆς πόλεως. *Rhodiorum urbs sita est in promontorio versus ortum porrecto, portubus, viis, muris,*

muris, alioque apparatu, tantùm aliis præstat urbibus, ut non modò meliorem nullam ei dicere possimus. Aristides, in Rhodiacâ. τῆς δὲ πόλεως οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου ὑπερέχον, ἀλλὰ διαρκὴς καὶ ἴση ἡ κατασκευὴ οὖσα· ὡς γένοιτ' ἂν οὐ πόλεως, ἀλλὰ μιᾶς οἰκίας. ἀγυιαὶ δὲ ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος διηνεκεῖς, ἥκιστα ἀξίας καλεῖσθαι στενωπούς. λαμπρὸν δὲ λαμπρῶς ἀποπεπταγμένην πανταχῇ τὴν πόλιν. τὸ δὲ ἐπὶ πᾶσι καὶ περὶ πάντων θαῦμα, καὶ ὀφθαλμοῖς κόρον οὐκ ἔχον, τὸν τῶν τειχῶν κύκλον, καὶ τὸ τῶν ἐγκαταμεμιγμένων πύργων τὸ ὕψος, καὶ κάλλος, ἀντὶ λαμπτήρων τοῖς προσπλέουσιν ὄν· ὥστ' εἶναι μόνοις τοῖς εἰς Ῥόδον καταίρουσι, καὶ προσορῶσι, μείζοσιν εὐθὺς τὴν γνώμην γίγνεσθαι. τὸ δὲ πάντων κάλλιστον, οὐκ ἀπηρτημένον τὸν κύκλον τοῦτον τῆς ἄλλης πόλεως, οὐδὲ κενὸν οὐδὲν ἐν μέσῳ ποιοῦντα, ἀλλὰ προσεχῆ τῇ πόλει, ὥσπερ στέφανον κεφαλῇ περιθέοντα. μόνην δὲ ἦν ἰδεῖν τὴν Ῥόδον καὶ κατ' οἰκίαν, καὶ κοινῇ τετειχισμένην. ἐῴκει γὰρ αὐλῆς ἕρκος τὰ τείχη, καὶ τοσοῦτον ἐδύνατο παρὰ τὴν εἴσω πόλιν, ὅπου ὁρίζειν αὐτήν, ἐπεὶ τῇ γε ἀξίᾳ πάντ' ἦν ἴσα. *In urbe verò, nihil alteri præstabat; verùm perpetuo, & æquali, apparatu constabat, qualis non tam urbis, quam unicus domus existeret. at plateæ ab initio ad finem pertingebant, ac minimè poterant angiportus vocari. Urbs autem ubique splendidè patebat exposita. Jam, quod præ cæteris erat mirandum, nec satietatem spectantibus adferebat, mœnium erat ambitus, & interjectarum turrium altitudo, atque pulcritudo; quæ navigantibus facis vicem præstaret: sic ut soli possent ii, qui Rhodum navigarent, ac tenderent, majorem mox animum concipere. Tum, quod erat pulcerrimum, non dividebatur hic ambitus ab urbe reliquâ, nec in medio vacuum quisquam relinquebat, verùm cum urbe connectebatur, & velut corona caput ambibat. ac solam licebat Rhodum dicere tum domesticatim tum communiter esse munitam. mœnia enim aulæ septum referebant, tantumque interiori urbi præstabant, ut eam terminarent: quia par ubique dignitas.* Pulcritudinem paucis verbis laudat nobis Lucianus, in Amoribus, de Rhodo loquens. ἔστι γὰρ ὄντως ἡ πόλις Ἡλίου, πρέπον ἔχουσα τῷ θεῷ τὸ κάλλος. *Est enim re ipsâ civitas hæc Solis, convenientem huic deo pulcritudinem præ se ferens.*

CAP. XI.

Arx; campis, & nemoribus plena: & alati in hâc Pluti, ac videntis, simulacrum, idque ex auro. Templum Solis, Bacchi templum, & donaria illic plurima. Templum Isidis. Gymnasium, idque perillustre: quoddam, ab Æschine institutum: à quo & dicendi genus Rhodium est appellatum. Et huc studiorum causâ commeabant Romanorum illustrissimi; M. Cicero, Cassius, Brutus, Cæsar, Pompejus, & Tiberius.

Vidimus urbem universim, nunc in partibus videamus. Arcem habebat, campis, & nemoribus, plenam. Aristides, in Rhodiacâ. Καὶ τὴν μὲν ἀκρόπολιν, πεδίων, καὶ ἀλσῶν, μεστήν. *Et arcem quidem, campis, & nemoribus, refertam.* Et in eâ simulacrum Pluti erat ex auro, alati, ac videntis. Philostratus, Icon. lib II. Ἐφέστηκε τῇ ἀκροπόλει (τῶν Ῥοδίων) καὶ ὁ δαίμων ὁ Πλοῦτος. γέγραπται δὲ, πτηνὸς μὲν, ὡς ἐκ νεφῶν· χρυσοῦς δὲ, ἀπὸ τῆς ὕλης, ἐν ᾗ ἐφάνη. γέγραπται καὶ βλέπων· ἐκ προνοίας γὰρ αὐτοῖς ἀφίκετο. *Stat verò in arce (Rhodiorum) etiam genius Plutus: pictus autem est alatus quidem, ut è nubibus; aureus verò, à materiâ, in quâ apparuit. pictus etiam est videns; siquidem ex providentiâ hos accessit.* Templa illic omnium deorum erant, uti Dion Chrysostomus auctor, in Rhodiacâ. Inter ista etiam Solis, quod Ἁλίειον Doricè, pro Ἡλίειον dicebatur. Eustathius, ad Odyss. ζ'. Ἁλίειον, ὅπερ ἦν Ἡλίου ἱερὸν κατὰ Ῥοδίους. *Halieum, quod est Solis fanum, secundum Rhodios.* Etiam Bacchi memoratur, multis donariis exornatum. Strabo, lib. XIV. Καὶ πολλοῖς ἀναθήμασιν ἐκοσμήθη· ἃ κεῖται τὰ μὲν πλεῖστα ἐν τῷ Διονυσίῳ. *Et multis donariis ornata est; quorum pleraque sunt in templo Bacchi.* Lucianus, de Rhodo agens, in Amoribus. Ἐγὼ δ' εὐτρεπισμένου μοι ξενῶνος ἀπαντικρὺ τοῦ Διονυσίου, κατὰ σχολὴν ἐβάδιζον, ὑπερφυοῦς ἀπολαύσεως ἐμπιπλάμενος. ἐκπεριϊὼν δὲ τὰς ἐν τῷ Διονυσίῳ στοὰς, ἑκάστην γραφὴν κατώπτευον, ἅμα τῷ τερπνῷ τῆς ὄψεως, ἡρωϊκοὺς μύθους ἀνανεούμενος. *Ego verò, parato mihi hospitio è regione templi Bacchi, otiosè per urbem incedebam, immensâ adeò voluptate interim fruens. Obambulans autem in porti-*

bus

bus ejus templi, unamquamque picturam contemplabar; unà cum voluptate eâ, quam videndo capiebam, heroicas quoque fabulas memoriâ repetens. Erantque hæ picturæ, à Protogene. Constantinus Porphyrogeneta, lib. I. cap. xiv. Εἶτα Ξάνθον, τὴν Πρωτογένους ἐκείνου τοῦ ζωγράφου πατρίδα, ὃς τὸ Διονύσιον τὸ ἐν Ῥόδῳ τοῖς ζωγραφικοῖς κατελάμπρυνε πίναξιν. *Inde Xanthum, Protogenis illius pictoris patriam, qui Bacchi templum, quod est Rhodi, pictoriis tabulis illustravit.* Ac dicebatur Rhodiis Bacchus Θυωνίδας, *Thyonidas.* Hesychius. Θυωνίδας, ὁ Διόνυσος, παρὰ Ῥοδίοις. *Thyonidas, Bacchus, apud Rhodios.* Erat quoque Isidis templum, juxta mœnia; ut videre apud Appianum licet, lib. De bell. Mithrid. ubi de obsessâ Rhodo. Ἡ σαμβύκη δ' ἐπαχθεῖσα τοῦ τείχους, ᾗ τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερόν ἐστιν, ἐφόβει μάλιστα. *Sed sambuca, admota mœnibus, ubi Isidis est fanum, maximè terruit.* Cum Bacchi templo, de quo dixi, etiam gymnasium conjungit Strabo, loco citato. Πολλοῖς ἀναθήμασιν ἐκοσμήθη· ἃ κεῖται τὰ μὲν πλεῖστα ἐν τῷ Διονυσίῳ, καὶ γυμνασίῳ. *Donariis multis exornata est: quæ pleraque sunt collocata in templo Bacchi, & gymnasio.* Meminitque etiam Dion Chrysostomus, in Rhodiacâ. Immò plura ea erant, ut apparet ex Suetonio, in Tiberio, cap. xj. *Sine lictore, aut viatore, gymnasia (Rhodi) interdum obambulans.* Eratque unum, ab Æschine rhetore institutum, quod Rhodiacum appellabant. Plutarchus, in Æschine, lib. De X Rhet. Ἀπάρας εἰς τὴν Ῥόδον, ἐνταῦθα, σχολὴν καταστησάμενος, ἐδίδασκεν. *Rhodum cùm profectus esset, scholâ ibidem apertâ, docuit.* Et paulò post. Σχολήν τε ἐκεῖ προσκατέλιπε, τὸ Ῥοδιακὸν διδασκαλεῖον κληθέν. *Ac reliquit illic scholam, quæ Rhodiaca appellata.* Et dicendi genus quoddam, Rhodium quod nominabant, ab hoc ortum: atque illud mixtum erat; ac constabat charactere Attico, & Asiano. Quintilianus, Instit. Orat. lib. XII. cap. x. *Tertium mox, qui hæc dividebant, adjecerunt genus Rhodium: quod velut medium esse, atque ex utroque mixtum, volunt. Neque enim Atticè pressi, neque Asianè sunt abundantes: ut aliquid habere videantur gentis, aliquid auctoris. Æschines enim, qui hunc exilio delegerat locum, intulit eò studia Athenarum; quæ, velut sata quædam cœlo terrâque degenerant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt.* Meminitque ejus Emporius, De Ethopœiâ. *Tres figu-*

figuræ; vasta, humilis, temperata: quas characteres Græci vocant; Asianum, Atticum, Rhodium. Æschinem verò Rhodum sibi exilii locum delegisse, quod Quinctilianus dicit, & Plutarchus, in citatis statim verbis, etiam in ejus vitâ à Philostrato memoratur, Sophist. lib I. quin & ipse quoque Æschines, Epist. I. & VI. Ac profectò, erat Rhodus quasi quoddam eruditionis forum. Itaque studiorum causâ huc concessit M. Cicero. Aurelius Victor de eo, lib. De viris illustr. cap. iv. *Eloquentiæ gratiâ Asiam, post Rhodum petiit: ubi Molonem Græcum, rhetorem tum disertissimum, magistrum habuit.* Plutarchus, in ejus Vitâ, Cæsarisque idem dicit. Et de semet ipse Cicero, in Bruto. *Quibus non contentus, Rhodum veni; meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem, applicavi, cùm actorem in veris causis, scriptoremque præstantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis, & instituendo, docendoque, prudentissimum.* Et M. Brutus. Idem Victor, in ejus Vitâ, De Viris Illustr. cap. V. *Marcus Brutus, avunculi Catonis imitator, Athenis philosophiam, Rhodi eloquentiam didicit.* Etiam Cassius. Observare est apud Dionem, ubi de Rhodo ab eo expugnatâ agit, Hist. Rom. lib. XLVII. καὶ μετὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς (ὁ Κάσσιος) ἐς τὴν νῆσον (τὴν Ῥόδον) περαιωθεὶς, ἄλλο μὲν οὐδὲν κακὸν αὐτοὺς ἔδρασεν (οὔτε γὰρ ἀντέστησάν οἱ, καὶ εὔνοιαν αὐτῶν, ἐκ τῆς διατριβῆς ἣν ἐκεῖ κατὰ παιδείαν ἐπεποίητο, εἶχε) τὰς ἢ δὴ ναῦς &c. *Ac post hæc ipse quoque (Cassius) in insulam (Rodum) advectus, nullum quidem aliud ipsis malum fecit, (neque enim resistebant, & amabat quoque illos, disciplinæ ibi causâ aliquando commoratus,) verùm naves, &c.* Et Appianus, De bell. civil. lib. IV. Κάσσιος δὲ, ἐπὶ τοὺς Ῥοδίους, (ἐχώρει,) τεθραμμένος τε ἐν αὐτῇ, καὶ πεπαιδευμένος τὰ Ἑλληνικά. *Cassius verò, in Rhodios; (profectus est;) apud ipsos educatus, literasque Græcas doctus.* Julius Cæsar, dum huc studiorum causâ proficiscitur, à piratis intercipitur. Suetonius, in ejus Vitâ, cap. IV. *Rhodum secedere statuit, & ad declinandam invidiam, & ut per otium, ac requiem, Apollonio Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. Huc dum hibernis jam mensibus trajicit, circa Pharmacusam insulam à piratis captus est.* Plutarchus, in ejus Vitâ. Ἔπλευσεν εἰς Ῥόδον ἐπὶ σχολὴν, πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν τοῦ Μόλωνος, οὗ καὶ Κικέρων ἠκροᾶτο. *Navigavit*

Rhodum in scholam, ad Apollonium Molonis, cujus etiam Cicero auditor erat. Pompejus quoque, huc profectus, sophistas omnes & audivit, & talento muneravit. Idem Plutarchus, in ejus Vitâ. Ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος, πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε. *Rhodi verò cùm esset, omnes sophistas audivit, & talentum singulis dedit.* Denique Tiberius item, quasi gratiâ doctrinæ amplioris comparandæ, huc concessit. Dion Cassius, lib. LV. Καὶ ἐς Ῥόδον, ὡς καὶ παιδεύσεώς τινος δεόμενος, (ὁ Τιβέριος,) ἐστάλη. *Et Rhodum, ceu doctrinæ etiam capiendæ causâ, (Tiberius) contendit.* Et ex eo Xiphilinus, in Epitome totidem verbis. Suetonius, in ejus Vitâ, cap. xj. *Rhodum enavigavit, amœnitate, & salubritate insulæ jam inde captus, cùm ad eam, ab Armeniâ rediens, appulisset. Heic, modicis contentus ædibus, nec multo laxiore suburbano, genus vitæ civile admodum instituit: sine lictore, aut viatore, gymnasia interdum obambulans.* Ac, dum ibi est, à Diogene Grammatico contumeliâ aliquâ afficitur. Suetonius posteà, cap. xxxij. *Diogenes grammaticus, disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat.*

C A P. XII.

Theatrum. Curricula. Sacellum herois Ocridionis, quod intrare nemini præconi licitum. Etiam Electryones, Solis filiæ. Lucus quadratus, & ex eo Ptolemæum. Ἄβατον. *Fons Incessa.*

Theatrum erat, quod Plutarcho memoratur, in Demetrio. Καὶ μαχόμενος ἐν Ῥόδῳ περὶ τὸ θέατρον, ἔπεσεν. *Ac pugnans Rhodi juxtà theatrum, cecidit.* Diodorus, lib. XX. Τοὺς δ᾽ υἱοὺς, ἐν ἡλικίᾳ γενομένους, ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανῶσαι τοῖς Διονυσίοις πανοπλίᾳ. *Filios verò, jam adultos, Bacchanalibus in theatro armaturâ integrâ coronaturos.* Et posteà iterum: Τοὺς περὶ τὸ θέατρον τόπους προσκατελάβοντο. *Circumjecta theatro loca occupant.* Utrobique de Rhodo agit, quam Demetrius obsidebat. Aristides, in Rhodiacâ. Καὶ δεικνύναι τοῖς εἰσαφικνουμένοις θέατρον, καὶ βουλευτήριον, καὶ πίνακας ἡμιρραγεῖς. *Et osten-*

dere advenis theatrum, curiam, tabulasque semifractas. Ac posteà: οὐδὲν δεῖ νῦν, οὔτε βουλευτήριον, οὔτε θέατρον, ἀνοικοδομεῖν. *Nec nunc curiam, aut theatrum, reædificare oportet.* Meminit quoque Athenæus, lib. VIII. Immò plura illic erant. Indicat idem Dion Chrysostomus, in Rhodiacâ. καὶ τῶν τοιούτων ἱερῶν, θεάτρων, νεωρίων, τειχῶν, λιμένων. *Hujusmodi templorum, theatrorum, navalium, murorum, portuum.* Et Aristides, in eâdem Oratione: Κενοὶ δὲ δρόμοι, καὶ θέατρα, ἀνδρῶν. *Vacua verò curricula, ac theatra, viris.* Ubi & curricula observa. Video & sacellum ibi herois Ocridionis, quod præconi intrare nefas. Plutarchus, in Quæst. Græc. Παρὰ Ῥοδίοις εἰς τὸ τοῦ Ὀκριδίωνος ἡρῷον οὐκ εἰσέρχεται κῆρυξ. *Apud Rhodios in herois Ocridionis sacellum præco non intrat.* Et mox rei causam exponit: quam, qui volet, illic videat. Electryone quoque, unica Solis filia, heroicis ibi honoribus culta. Diodorus, ubi liberos Solis recenset, lib. V. Θυγατέρα δὲ μίαν, Ἠλεκτρυόνην, ἣν ἔτι παρθένον οὖσαν μεταλλάξαι, καὶ τιμῶν τυχεῖν παρὰ Ῥοδίοις ἡρωϊκῶν. *Filiam verò unam, Electryonen, quam defunctam adhuc virginem honores heroicos apud Rhodios accepisse.* Tum quadratus erat lucus; quem deinde, pace cum Demetrio factâ, structâ ad unumquodque latus porticu unius stadii, Ptolemæo, ob collata, dum Demetrius obsideret, beneficia, dedicârunt, & dixerunt Ptolemæum. Diodorus, libro citato. Τὸν δὲ Πτολεμαῖον ἐν ἀνταποδόσει μείζονος ὑπερβάλλεσθαι βουλόμενοι, θεωροὺς ἀπέστειλαν εἰς Λιβύην τοὺς ἐπερωτήσοντας τὸ παρ' Ἄμμωνι μαντεῖον, εἰ συμβουλεύει Ῥοδίους Πτολεμαῖον ὡς θεὸν τιμῆσαι. συγκατατιθεμένου δὲ τοῦ χρηστηρίου, τέμενος ἀνῆκαν ἐν τῇ πόλει τετράγωνον, οἰκοδομήσαντες παρ' ἑκάστην πλευρὰν στοὰν σταδιαίαν, ὃ προσηγόρευσαν Πτολεμαῖον. *Ptolemæum verò gratiâ referendâ superare cupientes, mittunt in Libyam legatos, Ammonis oraculum sciscitaturos, an consultum Rhodiis existimaret, ut divinis Ptolemæum honoribus colerent, eo verò annuente, lucum in urbe quadratum consecrant; &, exstructâ ad latus unumquodque porticu, stadii unius longitudine, Ptolemæum appellant.* Alius quoque locus, Ἄβατον: de quo, nominisque causâ, sic Vitruvius, lib. II. cap. viij. *Artemisia, Rhodo captâ, principibus occisis, trophæum in urbe Rhodo suæ victoriæ constituit; æneasque duas statuas fecit, unam Rhodiorum civitatis, alteram suæ imaginis: & istam figu-*

figuravit Rhodiorum civitati stigmata imponentem. Posteà autem Rhodii, religione impediti, quòd nefas esset trophæa dedicata removeri, circa eum locum ædificium struxerunt, & id erectâ Graiâ statione texerunt, ne quis posset aspicere, & id Ἄβατον *vocitari jusserunt.* Erat etiam fons, Inessa. Vibius Sequester, De Fontibus. *Inessa, Rhodii à quo Siciliæ civitas, Inessa.*

CAP. XIII.

Portus, duo: major, & minor. Navalia item: quorum tredecim domicilia Heraclides Tarentinus igne exussit. Naves, variæ: quarum aliquæ septem, immò novem, ordinum. Quædam ex his Περίπολος *dicta. Longæ, quæ celerrimæ erant, agilesque. Ælianus illustratus. Aphracti, & Phylacides.*

Portus plurimos habebat, & adjuncta his navalia. Elegans est de his locus Aristidis, in Rhodiacâ: Εἰσπλέοντι μὲν εὐθὺς, λιμένες τοσοῦτοι, καὶ τηλικοῦτοι, περιβλῆσι λίθοις εἰς τὸ πέλαγος προεστηκότες. οἱ μὲν, τὸν ἀπ᾽ Ἰωνίας. οἱ δὲ, τὸν ἀπὸ Καρίας δεχόμενοι· οἱ δὲ, τὸν ἀπ᾽ Αἰγύπτου, καὶ Κύπρου, καὶ Φοινίκης· ὥσπερ ἄλλος ἄλλην πόλιν πεποιημένος εἰς ὑποδοχήν. ἐπικείμενα δὲ τοῖς λιμέσι τὰ νεώρια ὅσα καὶ οἷα ἦν, ὅτε τῆς θαλάττης ἐκρατεῖτε, καὶ οὐδὲν ἐλάττω παρὰ τὸν χρόνον, οὐδ᾽ εἰκάζειν ἀναγκάζοντα, ὅπου ποτ᾽ ἦν ἄρα· ἀλλ᾽ αὐτὰ ὁρώμενα, ἐκπλήττοντα. ὧν καὶ τὰς στέγας εἴ τις ἄνωθεν κατεθεάσατο, εἴκασεν ἂν πεδίῳ κρεμαστῷ τινι. *Ac adnaviganti quidem, tot confestim, atque tanti, portus erant, lapideis fabricis projectis in mare exstantes: hi quidem, ex Ioniâ; illi, è Cariâ; alii, ex Ægypto, Cypro, ac Phœnice advenas excipientes: quasi alius ad recipiendam aliam civitatem factus esset. Juxta portus autem erant & navalia; quanta qualiaque fuerant, cùm imperium maris tenebatis; nec minora tractu temporis, ut eorum situs esset conjecturâ assequendus, verùm quæ conspectu sui aliquem obstupefacerent. quin si vel eorum tecta desuper quis adspexisset, pensili cuidam agro comparasset.* Ac de portibus, quos priore Aristides loco refert, priùs dicam: quos invenio certè duos; unum magnum, alterum parvum. Et magni quidem meminit Diodorus Siculus, ubi de Rhodo à Demetrio obsessâ agit,

lib. XX. Καὶ καταλαβόμενος ἄκρον τὸ χῶμα τοῦ μεγάλου λιμένος, εὐθύς τε περιεχαράκωσε τὸν τόπον, καὶ διέφραξε θυρώμασι, καὶ πέτροις. *Et summo aggere magni portus occupato, statim vallo obducit locum tabulisque, & saxis, obstruit.* Vitruvius, lib. II cap viij. *Cùm autem Rhodii ornatam classem in portum majorem exposuißent, plausum jussit ab muro his darent.* De minori, ipse quoque Diodorus, loco citato. Δύο μὲν οὖν ἔστησαν μηχανὰς ἐπὶ τοῦ χώματος, τρεῖς δ' ἐπὶ φορτηγῶν πλοίων, πλησίον τῶν κλείθρων τοῦ μικροῦ λιμένος. *Duas itaque machinas collocant super aggerem, tresque alias in navibus onerariis, juxta claustra parvi portus.* Et Vitruvius, loco citato. *Artemisia, repentè fossâ factâ, in pelagus eduxit claßem ex portu minore, & ita invecta est in majorem.* Et hic ipse est, ut arbitror, quem describit, & angustum habuisse ostium dicit, Theodorus Prodromus, De Am. Dos. & Rhod. in principio lib. II. Nunc navalia videamus, quæ descripta ab Aristide, in citatis statim verbis. Horum tredecim domicilia exussit aliquando Heraclides Tarentinus. Polyænus, lib. VIII. Ῥόδιοι, ταῖς ἐπιστολαῖς πιστεύσαντες, Ἡρακλείδην ὑποδέχονται, ὡς δυνησόμενοι αὐτοῖς ὠφέλιμον κατὰ Φιλίππου γενέσθαι. ὁ δὲ νύκτωρ, πνεῦμα ἐπίφορον παραφυλάξας, τὰ νεώρια Ῥοδίων κατέπρησεν. τρισκαίδεκα νεώσοικοι διεφθάρησαν, καὶ ὅσαι τριήρεις ἐν αὐτοῖς. *Rhodii, epistolis credentes, Heraclidem recipiunt, tanquam utilem sibi futurum contra Philippum. Ille verò noctu, observato in navalia Rhodiorum ferente vento, ea incendit. Tredecimque domicilia, quæque in ipsis naves erant, conflagrârunt.* Quædam verò horum occulta servabantur, nec spectare fas cuiquam: qui spectasset, aut ad ea ingressus esset, pœnâ capitis luebat. Strabo, ubi de Rhodo agit, lib. XIV. Τῶν δὲ ναυστάθμων τινὰ καὶ κρυπτὰ ἦν, καὶ ἀπόῤῥητα τοῖς πολλοῖς. τῷ δὲ κατοπτεύσαντι, ἢ παρελθόντι εἴσω, θάνατος ὥριστο ἡ ζημία. *Navalium verò aliqua occulta erant, populumque celabantur. quod si ea quis spectasset, aut ingreßus illuc esset, mortis pœna constituta.* Eustathius, in Dionysium. Λέγεται δὲ καὶ ναύσταθμα ἡ Ῥόδος ἔχειν κρυπτὰ, καὶ ἀπόῤῥητα τοῖς πολλοῖς· καὶ τῷ κατοπτεύσαντι αὐτὰ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Dicitur verò habere Rhodus etiam navalia occulta quædam, neque populo videnda: ac, si quis spectasset ea, mortis pœnam constitutam. Nôsti aphracta Rhodiorum: nihil est quod minus fluctum ferre possit.* Dion Chrysostomus, in Rhodiacâ. Μιᾷ καθ'

ἕκαστον

ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἢ δυσὶν ἀφράκτοις ἀπαντᾶν εἰς Κόρινθον. *Unâ quotannis alterave aphracto Corinthum occurrere.* Quædam etiam, φυλακίδες dicebantur. Diodorus, lib. XX. ἐκπλευσάντων δὲ τούτων, καὶ τριχῆ διαιρεθέντων, Δαμόφιλος μὲν, ἔχων ναῦς, τὰς καλουμένας παρὰ Ῥοδίοις φυλακίδας, ἔπλευσεν εἰς Κάρπαθον. *Hi verò cùm ſolviſſent, ac trifariam diviſi eſſent, Damophilus quidem, naves habens, quæ phylacides appellantur, Carpathum navigavit.*

CAP. XIV.

Suburbia, everſa bello Mithridatico. In eorum uno pictura Jalyſi, eaque pluribus explicata. Canis item; Satyrus, Anapauomenos *dictus; columnæ adſtans, in quâ perdix, ſummæ artis. Ea tabula poſteà tranſlata Romam, & dicata in templo Pacis: in quo, imperante Commodo, conflagravit. Septennio picta, annos inde quadringentos quinquaginta perduravit. Campus juxta urbem Elyſius.*

Suburbia etiam ſua habebat, quæ, infeſto Mithridate, atque bellum inferente, ne nocerent, oppidani diruerunt. Appianus, De bell. Mithrid. Ἐν δὲ τούτῳ Ῥόδιοι τά τε τείχη σφῶν καὶ τοὺς λιμένας ἐκρατύναντο, καὶ μηχανὰς ἅπασιν ἐφίςανον. ἐπιπλέοντος δὲ τοῦ Μιθριδάτου, τὰ προάστεια καθῄρουν, ἵνα μηδὲν εἴη χρήσιμα τοῖς πολεμίοις. *Intereà Rhodii mœnia portuſque munierunt, & ubique machinas collocârunt. adventante autem cum claſſe Mithridate, ſuburbia, ne hoſtibus illa uſui eſſent, diruerunt.* In horum uno celeberrima Jalyſi pictura erat, à Protogene facta: cui pepercit Demetrius, urbem obſidens, propter artem. Plutarchus, in Demetrio. Ἔτυχε γὰρ αὐτοῖς ὁ Καύνιος Πρωτογένης γράφων τὴν περὶ τὸν Ἰάλυσον διάθεσιν, καὶ τὸν πίνακα, μικρὸν ἀπολείποντα τοῦ τέλους ἔχειν, ἔν τινι τῶν προαστείων ἔλαβεν ὁ Δημήτριος. πεμψάντων δὲ κήρυκα τῶν Ῥοδίων, καὶ δεομένων φείσασθαι, καὶ μὴ διαφθεῖραι τὸ ἔργον, ἀπεκρίνατο, τὰς τοῦ πατρὸς εἰκόνας ἐμπρῆσαι μᾶλλον, ἢ τέχνης πόνον τοσοῦτον. ἑπτὰ γὰρ ἔτεσι συντελέσαι λέγεται τὴν γραφὴν ὁ Πρωτογένης. *Nam fortè pingebat ipſis Protogenes Caunius Jalyſi figuram, tabulamque ceperat Demetrius in uno ex ſuburbiis necdum abſolutam. Mittentibus verò caduceatorem Rhodiis, ac deprecantibus uti parceret, neque*

opus perditum vellet, respondet, patris potiùs se imagines incensurum, quàm laborem tantum artis: nam septennio Protogenes hanc picturam perfecisse memoratur. Iterum, in Apophthegm. Ῥοδίους δὲ πολιορκῶν ὁ Δημήτριος, ἔλαβεν ἔν τινι προαστείῳ πίνακα Πρωτογένους τοῦ ζωγράφου τὸν Ἰάλυσον γράφοντος· ἐπικηρυκευσαμένων δὲ τῶν Ῥοδίων, καὶ φείσασθαι τοῦ πίνακος παρακαλούντων, ἔφη, μᾶλλον τὰς τοῦ πατρὸς εἰκόνας, ἢ τὴν γραφὴν ἐκείνην, διαφθείρειν. *Rhodios verò obsidens Demetrius, cepit in suburbio quodam tabulam Protogenis, in quâ is Jalysum pingebat, cumque Rhodii per caduceatorem hortarentur, uti tabulæ illi parceret, respondit; patris se imagines potius, quàm picturam hanc, corrupturum.* Plinius, lib. XXXV. cap. x. *Propter hunc Jalysum, ne cremaret tabulas Demetrius rex, cùm ab eâ parte solâ posset Rhodum capere, non incendit.* Refert quoque Aulus Gellius, lib. XV. cap. xxxj. Sed pictura hæc Jalysi, quæ tantopere prædicata, per occasionem istam, pluribus est explicanda. Cùm in eo opere Protogenes occupatus esset, lupinis madidis victitabat, ac colorem quater illi inducebat, ut decedente superiore, inferior appareret, atque ita in longum tempus servaretur. Plinius, loco citato. *Palmam habet tabularum ejus (Protogenis) Jalysus, qui est Romæ, dicatus in templo Pacis. quem cùm pingeret, traditur madidis lupinis vixisse ne sensus nimiâ dulcedine obstrueret. Huic picturæ quater colorem induxit, subsidio injuriæ, & vetustatis; ut, decedente superiore, inferior succederet.* Erat quoque in eâdem tabulâ canis; de quo ita ibidem Plinius. *Est in eâ (tabulâ) canis mirè factus, ut quem pariter casus & ars pinxerit. Non judicabat se in eo exprimere spumam anhelantis posse, cùm in reliquâ omni parte, quod difficillimum erat, sibi ipse satisfecisset. Displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, & videbatur nimia, ac longius à veritate discedere, spumaque illa pingi, non ex ore nasci, anxio animi cruciatu, cùm in picturâ verum esse, non verisimile, vellet. absterserat sæpius, mutaveratque penicillum, nullo modo sibi approbans. Postremò iratus arti, quòd intelligeretur, spongiam eam impegit in viso loco tabulæ, & illa reposuit ablatos colores, qualiter cura optabat: fecitque in picturâ fortuna naturam.* In eâdem, Satyrus erat, quem dicebant Anapauomenon, tibias tenens. Plinius ibidem. *Satyrus hîc est,*

quem

quem Anapauomenon vocant; ne quid desit temporis ejus securitati, tibias tenens. Et is quidem sic videtur appellatus, quod columnæ adstaret. Strabo tradit, lib. XIV. καὶ αἱ τοῦ Πρωτογένους γραφαί· ὅ, τε Ἰάλυσος, καὶ ὁ Σάτυρος, παρεστὼς στύλῳ. *Ac Protogenis picturæ, Jalysus, & Satyrus, columnæ astans.* In columnâ verò illâ, perdix erat, maximi certè artificii. Strabo ibidem. ἐπὶ δὲ τῷ στύλῳ, πέρδιξ ἐφειστήκει. πρὸς ὃν οὕτως ἐκεχήνεσαν ὡς ἔοικεν οἱ ἄνθρωποι, νεωστὶ ἀνακειμένου τοῦ πίνακος, ὥστ᾽ ἐκεῖνοι ἐθαύμαζον, ὁ δὲ Σάτυρος παρεωρᾶτο, καίτοι σφόδρα κατωρθωμένος. ἐξέπληττον δ᾽ ἔτι μᾶλλον οἱ περδικοτρόφοι, κομίζοντες τοὺς τιθασσοὺς, καὶ τιθέντες καταντικρὺ, ἐφθέγγοντο γὰρ πρὸς τὴν γραφὴν οἱ πέρδικες, καὶ ὠχλαγώγουν. Ὁρῶν δὲ ὁ Πρωτογένης τὸ ἔργον πάρεργον γεγονὸς, ἐδεήθη τῶν τοῦ τεμένους προεστώτων ἐπιτρέψαι, παρελθόντα ἐξαλεῖψαι τὸν ὄρνιν, καὶ ἐποίησε. *In columnâ verò, insistebat perdix, cui ita homines inhiabant, cùm recens posita esset tabula, ut, illius admiratione, Satyrus, quanquam elaboratissimus, negligeretur. & auxerunt admirationem, ab iis qui perdices alebant, allati cicures, & è regione positi: nam adversus picturam pipiebant, populumque ad spectaculum attrahebant, ac Protogenes, animadvertens, pluris opere fieri quod accessisset, petit à præfectis templi veniam delendæ avis, atque delet.* Meminitque hujus Eustathius, in Dionysium, de Rhodo agens. Ἐκεῖ καὶ ὁ καλὸς πέρδιξ ἦν, τὸ τοῦ Πρωτογένους ὑμνούμενον πάρεργον. *Illic erat etiam perdix egregius, Protogenis additamentum prædicatum.* Et Jalysi quidem hujus, à quo tabula universa nominata, ac prædicata, mentionem facit Cicero, ad Atticum, lib. III. epist. XXI. *Si Protogenes Jalysum illum suum cœno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem.* Quin vidisse Rhodi ait, in Oratore. *Nec solùm ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt, qui aut Jalysi, quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coæ Veneris, pulcritudinem imitari.* Posteà Romam ea tabula est translata, & in Pacis templo posita. Plinius, loco jam citato. *Palmam habet tabularum ejus Jalysus, qui est Romæ, dicatus in templo Pacis.* Feceritque id C. Cassius: qui, cùm Rhodum in potestatem redegisset, donaria inde omnia, præter Solis currum, abstulit: uti tradit Dion Cassius, lib. XLVII. Ac permansit, ut videtur, usque ad Commodi Cæsa-

ris

ris tempora, cùm id templum conflagravit, ut in ejus vitâ tradit Herodianus, lib. I. duravitque, uti certa conjectura est, annos circiter quadringentos quinquaginta. Siquidem Protogenes pinxerat, ut ostendi, obsidente Rhodum Demetrio, id est Olympiadis CXVIII. anno IV, & CXIX, anno I. ut apparet ex Diodoro, lib. XX. à quo tempore, ad incendium templi hujus, tantum annorum numeratur. Protogenes autem ipse annos septem elaborando impendit. Plutarchus, in Demetrio, citatis verbis. ἑπτὰ γὰρ ἔτεσι συντελέσαι λέγεται τὴν γραφὴν ὁ Πρωτογένης. *Nam septennio Protogenes hanc picturam perfecisse memoratur.* Ælianus, Var. Hist. lib. XII. cap. xlj. Πρωτογένης ὁ ζωγράφος τὸν Ἰάλυσον, φασιν, ἑπτὰ ἔτεσι διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν. *Protagenes pictor Jalysum, ajunt, pingens continuo septennio, perfecit.* Et hæc quidem de Jalyso, tabulâque eâ totâ, hâc occasione mihi referenda existimavi. Porrò ad urbem ut suburbia, ita campus quidam erat, quem Elysium appellabant. Etymologici Auctor. λέγεται δὲ Ἠλύσιον καὶ ἱερὸν πεδίον περὶ Ῥόδον. *Erat verò Elysium etiam sacer campus circa Rhodum.*

CAP. XV.

Picturarum, statuarum, & signorum multitudo. Menander, Ancæus, Meleager, Hercules, Perseus. Currus Solis, & Colossus: ejusque altitudo, variè tradita. à Charete inchoatus, ac perfectus à Lachete. Charetis in impensâ ejus computandâ error, & mors. Quàm diu steterit: hinc dejectus terræ motu, idque quando: & quando positus: quanto tempore, & quo sumptu elaboratus. Nunquam posteà instauratus, quanquam in id Ptolemæus tria millia talentorum promisisset. Tum quàm diu sic jacuerit; Pauli Diaconi, Constantini Porphyrogeniti, & Cedreni, error. Quando, & à quo, contractus, vendituśque: denique & quantæ molis; quot cameli ejus ære onusti fuerint. Rhodii ab hoc Colossenses appellati. Colossi porrò alii minores centum: & deorum aliorum quinque alii. Rhodiorum, ob multitudinem, mutandarum inscriptionum consuetudo. Helepolis, Diogneti donarium.

Sed picturas, statuasque, & deorum item signa, quando in Jalyso initium factum est, porrò etiam referamus. Est de iis locus elegans Aristidis, in Rhodiacâ. τεμένη δὲ θεῶν, καὶ ἱερὰ, καὶ ἀγάλματα, τοσαῦτα μὲν τὸ πλῆθος, τηλικαῦτα δὲ τὸ μέγεθος, τοιαῦτα δὲ τὸ κάλλος, ὥστ' ἄξια εἶναι τῶν ἄλλων χαριστήρια, καὶ ὡς μὴ εἶναι διακρῖναι, τί τις ἂν αὐτῶν μᾶλλον θαυμάσειεν· ὧν γε καὶ ἓν τὸ τυχὸν, ἱκανὴν ἑτέρᾳ πόλει φιλοτιμίαν εἶχεν. ἐπὶ δὲ τούτοις, εἰκόνας μὲν χαλκᾶς πρὸς ἁπάσας τὰς ἐν τῇ λοιπῇ ἑλλάδι. γραφὰς δὲ τέχνης πάσης ἄλλας ἀλλαχοῦ τῆς πόλεως ἀνακειμένας· καὶ κόσμους τοὺς μὲν, μόνους ὄντας ἐνταῦθα, τοὺς δὲ, καλλίστους. *Delubra autem deorum, templa, & signa, tot erant numero, ac tantâ magnitudine, tamque pulcra, ut aliorum possent operum esse honoraria; nec facilè, quid magis admirandum esset, discerneretur. & eorum unum: quodque magnam satis alii urbi præbuisset gloriandi materiam. Huc accedebant æneæ statuæ, quàm multæ in cæterâ omni Græciâ, tum picturæ cujusvis artis; aliæ aliâ urbis parte collocatæ: ornamenta, quæ hîc partim sola, partim pulcherrima visebantur.* Inter picturas, memorantur & Menandri, Cariæ regis, & Ancæi, ab Apelle factæ. Plin. lib. XXXV. cap. x. *Mirantur ejus (Apellis) Abronem Samii; & Monandrum, regem Cariæ, Rhodii: item Ancæum.* Etiam Meleagri, Herculis, Persei, in unâ tabulâ, Zeuxidis opus. Plinius, eodem loco, paullo antè. *Idem (Zeuxis pinxit) & in unâ tabulâ, quæ est Rhodi, Meleagrum, Herculem, Persea. Hæc ibi ter fulmine ambusta, neque obliterata, hoc ipso miraculum auget.* Ac quod signa quidem attinet, ea fuisse tria millia docet Plinius, lib. XXXIV. cap. vij. *Rhodi etiamnum tria millia signorum esse, Mutianus ter consul credidit.* Ex his quadrigam Solis refert idem posteà, à Lysippo factam, ejusdem libri cap. viij. *Nobilitatur Lysippus temulentâ tibicinâ, & canibus, ac venatione; inprimis verò quadrigâ cum Sole Rhodiorum.* Meminit ejus Dion Cassius, ubi dicit C. Cassium, redactâ in potestatem Rhodo, donaria inde asportasse universa, præter currum Solis. Verba ejus ecce ista, lib. XLVII. Τὰς δὲ δὴ ναῦς, καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὰ ὅσια, καὶ τὰ ἱερὰ, πλὴν τοῦ ἅρματος τοῦ ἡλίου, παρεσπάσατο. *Naves, & res sacras ac profanas, præter Solis currum, abstulit.* Meminitque ejus etiam suo tempore Dion

Chrysostomus, in Rhodiacâ, Alia quædam memorat Plinius, lib. XXXIII. cap. xij. *Proximi ab eo in admiratione, Acragas, & Boëthus, & Mys, fuere. Exstant hodiè omnium opera in insulâ Rhodiorum: Boëthi, apud Lindiam Minervam; Acragantis, in templo Liberi patris, in ipsâ Rhodo, Bacchæ, Centaurique, cælati in scyphis; Myos, in eâdem æde, & Silenus, & Cupidines.* Maximè autem admirandus hîc colossus Solis erat. Meminit Inscriptio Vetus, Operis Gruteriani pag. CLXXXVI.

ὁ γὰρ Κολοσσὸς θάμβος ἦν ἐν τῇ Ῥόδῳ.

Colossus enim miraculum erat Rhodi.

Ac respexit hunc Statius in equo Domitiani, Sylv. lib. I.

——— *tua, sidereas imitantia flammas,*
Lumina contempto mallet Rhodos aspera Phœbo.

Plinius eum describit pluribus, lib. XXXIV. cap. vij. *Ante omnes autem in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lysippi supra dicti discipulus. Septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum terræ motu prostratum, sed jacens quoque miraculo est. Pauci pollicem ejus amplectuntur. Majores sunt digiti, quàm pleræque statuæ. Vasti specus hiant, diffractis membris. Spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliverat constituens. Duodecim annis tradunt effectum trecentis talentis, quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii, relictâ moræ tædio obsessâ Rhodo.* Sed examinemus, age, verba Plinii. Dicit fecisse Charetem Lindium. debebat potiùs, inchoasse: nam is, cùm errasset in impensæ subducendæ ratione, opere incepto tantum, se occîdit. Sextus Empiricus, adversus Mathematicos, lib. VII. Ῥόδιοι γοῦν, ὥς φασιν, ἐπύθοντο Χάρητος τοῦ ἀρχιτέκτονος, πόσον δαπανηθήσεται χρῆμα πρὸς κατασκευὴν τοῦ κολοσσοῦ, ὁρίσαντος δὲ αὐτοῦ τι, πάλιν ἐπηρώτων, πόσον δὲ, εἰ θέλοιεν διπλασίονα κατὰ μέγεθος αὐτὸν διπλασιάσαι. τοῦ δὲ τὸ διπλάσιον αἰτήσαντος, οἱ μὲν, ἔδοσαν· ὁ δὲ, εἰς τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ προκεντήματα, δαπανήσας τὸ δοθὲν, ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. *Rhodii certè, ajunt, rogârunt Charetem architectum, quanta pecunia impendenda esset ad colossum exstruendum; cùm is autem aliquid definiisset, iterum interrogârunt, quantâ existimaret opus, si majorem duplo vellent con-*

constituere, & is duplum petiisset, illi quidem, id dederunt; ipse verò, eâ summâ in initium impensâ, & descriptionem formæ, se occîdit. Itaque perfecit alius, item Lindius, nomine Laches: indicatque hoc Simonidis Epigramma, Anthologiæ lib. IV. cap. vj.

Τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.
Rhodi colossum octies decem
Cubitorum Laches fecet Lindius.

Erant verò hi versus inscripti in basi, ut videre est apud Theophanem in Chronico, cujus fragmentum representat Constantinus Porphyrogeneta, de Administr. Imp. cap. XXI. Occurrit quoque apud Cedrenum. Altitudinem tribuit Plinius septuaginta cubitorum: uti quoque Isidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *In hâc urbe (Rhodo) Solis colossus fuit æreus, septuaginta cubitorum altitudine.* Sed Simonides, in citatis statim versibus, octoginta illos dicit, itaque in Plinio, quem malè sequitur Isidorus, peccatum à librario puto, qui incuriosâ nimis LXX scripserit, pro LXXX. quanquam sanè & apud Strabonem in versu Simonidis legatur hodie, ἑπτάκις δέκα. Sed ibidem malè quoque Χάρης scribitur, qui est Λάχης. Festus dicit, altum fuisse pedes centum & quinque. *Colossus, à Charete artifice, à quo formatus est, dictus. Fuit enim apud Rhodum insulam statua Solis, alta pedes centum & quinque.* Inde terræ motu concidit annis sex & quinquaginta postquam collocatus esset. Plinius, in citatis verbis. *Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum terræ motu prostratum.* Meminit Polybius, lib. V. Ῥόδιοι γὰρ κατὰ τοὺς προειρημένους καιροὺς ἐπειλημμένοι τῆς ἀφορμῆς τῆς κατὰ τὸν σεισμὸν, τὸν γενόμενον παρ' αὐτοῖς βραχεῖ χρόνῳ πρότερον, ἐν ᾧ συνέβη τόν τε κολοσσὸν τὸν μέγαν πεσεῖν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν τειχῶν, καὶ τῶν νεωρίων, οὕτως ἐχείριζον νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς τὸ γεγονὸς, ὡς μὴ βλάβης, διορθώσεως δὲ μᾶλλον αὐτοῖς αἴτιον γενέσθαι τὸ σύμπτωμα. *Per idem tempus Rhodii, occasione terræmotus usi, quo paullo antè fuerant conquassati, quo evenerat etiam, ut colossus ingens rueret, maximaque pars murorum, & navalium, tam prudenter, ac solerter, eâ calamitate usi sunt, ut emolumento potiùs, quàm damno, is casus illis cederet.* Orosius, lib. IV. cap. xiij. *Tunc quoque magno terræmotu Caria & Rhodus in-*

insulæ adeò concussæ sunt, ut, labentibus vulgò tectis, ingens quoque ille colossus rueret. Quæ totidem verbis Abbas Urspergensis, in Chronico; & Paulus Diaconus, Hist. Misc. lib. III. Marianus Scotus, lib. I. *Caria, & Rhodus, ita sunt concussæ terræmotu, ut colossus magnus rueret.* Meminit quoque Gotfridus Viterbiensis, Chron. Parte XI. Factum id autem Olymp. CXXXIX anno I. Eusebius, ad illud tempus. Καρία, καὶ Ῥόδος, ἐσείσθησαν· ὡς καὶ τὸν μέγαν Κολοσσὸν καταπεσεῖν. Hieronymus ita vertit: *Caria, & Rhodus, ita terræmotu concussæ sunt, ut colossus magnus ruerit.* Et errat posteà, cùm id iterum rejicit in Olympiadis centesimæ sexagesimæ octavæ annum primum. Quando autem positus hic colossus fuit? Licet scire ex eversionis tempore. Si ab Olympiadis centesimæ trigesimæ nonæ anno secundo annos sex & quinquaginta retrò putes, habes Olympiadis centesimæ vicesimæ quintæ annum tertium. Perfectum autem totum tradunt annis duodecim, idque impensâ trecentorum talentorum. Clarè Plinius. *Duodecim annis tradunt effectum, trecentis talentis.* Ac tria millia posteà ad reparandum promittebat Ptolemæus. Polybius, libro citato. Ἐπηγγείλατο δὲ καὶ Πτολεμαῖος αὐτοῖς εἰς τὴν τοῦ κολοσσοῦ κατασκευὴν τάλαντα τρισχίλια. *Promisit verò etiam Ptolemæus ad colossi restitutionem tria millia talentorum.* Verùm Rhodii, oraculi jussu, nunquam posteà instaurarunt. Strabo, lib. XIV. Κεῖται δὲ νῦν, (ὁ κολοσσὸς,) ὑπὸ σεισμοῦ πεσὼν, περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων. οὐκ ἀνέστησαν δ' αὐτὸν, κατά τι λόγιον. *Jacet nunc, (colossus,) terræmotu prostratus, à genibus confractus. non instaurârunt verò eum, oraculo quodam prohibiti.* Itaque Plinius suo etiam tempore jacentem refert. Jacuitque ad Constantis Imperatoris usque annum duodecimum, qui est Christi sexcentesimus quingentesimus & sextus: cùm Mauhias Othmanis præfectus, Rhodo potitus, & destruxit, & Judæo mercatori Emeseno venum dedit, qui camelos ære ejus noningentos oneravit. Paulus Diaconus, Hist. Misc. lib. XIX. *Anno duodecimo imperii Constantis Mauhias, Rhodum rediens; destruxit colossum ejus, post mille trecentos sexaginta stabilitatis ipsius annos, quem cum Judæus quidam Emesenus negotiator emisset, nongentos camelos ex ejus ære oneravit.* Idem tradit Constantinus Porphyrogeneta, De Administr. Imp. cap. XX. Theophanes in Chro-

Chronico, Cedrenus, & Zonaras, Annal. II. Sed Diaconi, quæ citavi, verba nunc examinanda. Ait primò, *deſtruxit coloſſum, poſt mille trecentos ſexaginta ſtabilitatis annos.* Idem ait Conſtantinus Porphyrogeneta, De Adminiſtr. Imp. cap. XX. Ῥόδον καταλαβὼν, (ὁ Μαβίας,) καθεῖλε τὸν ἑαυτῆς κολοσσὸν, μετὰ χίλια τριακόσια ἑξήκοντα ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως. *Rhodo captâ, (Mabias,) coloſſum ejus deſtruxit, poſtquam dedicatus eſſet annis mille & trecentis ſexaginta.* Cedrenus annos quinque addit. Μαβίας, καταλαβὼν τὴν Ῥόδον, καθεῖλε τὸν κολοσσὸν, μετὰ χίλια τριακόσια ἑξήκοντα πέντε ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως. *Mabias, Rhodo potitus, coloſſum ſuſtulit, anno, poſtquam dedicatus is fuiſſet, milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quinto.* Sed in tempore, vehementer illi errant. Nam Conſtantis certè annus duodecimus, quo id eveniſſe tradunt, fuit Chriſti ſexcenteſimus quinquageſimus & ſextus inciditque ejus natalis in centeſimæ nonageſimæ & quartæ Olympiadis annum ſecundum: à quo ſi deinde numeres ad ſecundum centeſimæ viceſimæ quintæ, quo coloſſus dedicatus, ut oſtendi paullò antè, habes annos ducentos ſeptuaginta ſex. quos ſi computes ad Conſtantis duodecimum, erunt ſimul univerſi nongenti triginta duo. Itaque non exiguus eorum eſt error. Ait verò etiam porrò Paulus Diaconus, in citatis ſtatim verbis, oneraſſe mercatorem illo ære camelos nongentos: & ſic Zonaras quoque ait, in Imperio Conſtantis, Annal. III. Τότε καὶ τὴν νῆσον Ῥόδον ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, (οἱ Ἀγαρηνοὶ,) τὸν ἐν αὐτῇ περίπυστον κολοσσὸν καθῃρήκασιν· οὗ τὸν χαλκὸν Ἰουδαῖος πριάμενος ἔμπορος, ἐννακοσίαις καμήλοις λέγεται τοῦτον μετενεγκεῖν. *Tunc Rhodo quoque inſulâ in poteſtatem ſuam redactâ, (Agareni,) celebratum in eâ coloſſum deſtruxere: cujus æs Judæus quidam mercator cùm emiſſet, nongentis camelis aſportaſſe memoratur.* Et Cedrenus. ὃν (κολοσσὸν) ὠνησάμενος ἔμπορος, ἐννακόσια καμήλια ἐφόρτωσε τὸν χαλκόν. *Quem (coloſſum) cum mercator quidam emiſſet, ære illo nongentos camelos oneravit.* Auget vehementer numerum Conſtantinus, quem jam dixi, & triginta camelorum millia refert. ὃν (κολοσσὸν) Ἰουδαῖός τις ἔμπορος ὠνησάμενος Ἐδεσσηνὸς, τριάκοντα χιλιάδας καμήλους ἐφόρτωσεν αὐτοῦ τὸν χαλκόν. *Quem (coloſſum) cùm Judæus quidam mercator Edeſſenus emiſſet, ære ejus triginta millia camelorum oneravit.*

Amplius Theophanes in Chronico dicit, atque octoginta addit. Ὠνήσατο δὲ αὐτὸν (τὸν κολοσσὸν) Ἑβραῖος Ἐμεσηνὸς, ἐπιφορτώσας αὐτὸν καμήλους τριάκοντα χιλίους καὶ ὀγδοήκοντα. *Emit verò ipsum (colossum) Hebræus Emesenus oneravitque ipso camelos tricies mille octingentos.* Ab hoc verò colosso, Rhodii Colossenses dicti. Cedrenus. Ἀφ' οὗ (κολοσσοῦ) καὶ αὐτοὶ (οἱ Ῥόδιοι) κολοσσεῖς ὠνομάσθησαν. *A quo (colosso) etiam ipsi (Rhodii) Colossenses appellati sunt.* Suidas. Ῥόδος, ἡ νῆσος· ἥτις καὶ Λίνδος καλεῖται. καὶ κολοσσαεῖς οἱ οἰκήτορες, διὰ τὸν κολοσσόν. *Rhodus, insula; quæ & Lindus vocatur: & Colossenses incolæ, propter colossum.* Glycas, Annal. II. *Sub hoc Rhodii, maris imperio potiti, statuam Solis ex ære suâ in insulâ excitârunt, quam propter magnitudinem colossum dixere, ac vocati sunt ipsi deinceps Colossenses.* Meminit quoque Eustathius, in Dionysium. Et hæc quidem de colosso, tanto opere celebrato. Erant verò illic quoque centum alii. Plinius citato loco. *Sunt alii minores hoc in eâdem urbe (Rhodo) colossi, centum numero: sed ubicunque singuli fuissent, nobilitaturi locum.* Et Isidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *Fuerunt & alii centum numero in eâdem insulâ (Rhodo) colossi minores.* Præter hoc, deorum etiam quinque alii erant, à Bryaxi facti. Plinius, ibidem. *Præterque hos, deorum quinque, quos fecit Bryaxis.* Unus quoque memoratur, in honorem populi Romani factus, ad triginta cubitorum altitudinem, in Minervæ templo positus. Polybius, in Excerptis legat. cap. CX. Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ (οἱ Ῥόδιοι) κολοσσὸν στῆσαι τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τριακοντάπηχυν. *Insuper decreverunt etiam (Rhodii) in honorem populi Romani colossum cubitorum triginta in æde Minervæ dedicare.* Sed de statuarum illic multitudine, atque malo Rhodiorum item more commutandæ in iisdem inscriptionis, videnda est Oratio Rhodiaca Dionis Chrysostomi. Post colossos, digna etiam memoratu est Helepolis; quam Demetrio, urbem obsidenti, ereptam dedicavit Diognotus: sicut pluribus memoratur à Vitruvio, lib. X. cap. xxij.

CAP.

CAP. XVI.

Hieronis, ac Gelonis, donaria; lebetes argentei cùm basibus suis, item hydriæ: statuæ item populi Rhodii, coronati à Syracusano. Diana Εὐπορία. *Ea, & Proserpina, asphodelo coronato. Helena* Δενδρῖτις, *ejusque fanum. Jupiter* Ἔνδενδρος. Ἐρεδήμιος, Παιάν. *Saturno homines immolati. Minervæ sacra facta sine igne, idque quare. Philostrati locus emendatus. Convivium in eo, ad quod matulas primitùs non adferebant, nisi veniâ posteà ab oraculo datâ. Sacrum, Phorbantis adventui factum; quando, & quare. De sacris eorum Opera Georgi, & Theognidis. Festa quædam;* Διονύσια, Ἅλια, Ἐπισκάφια, Τληπολέμια, Χελιδόνια.

Hiero, & Gelo, præter vim pecuniæ magnam, aliaque, donabant post terræ motum lebetes argenteos unà cum basibus, hydriasque. Polybius, lib. V. Ἱέρων γὰρ, καὶ Γέλων, οὐ μόνον ἔδωκαν (τοῖς Ῥοδίοις) ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ἀργυρίου τάλαντα, ἀλλὰ καὶ λέβητας ἀργυροῦς, καὶ βάσεις τούτων, καί τινας ὑδρίας ἀνέθεσαν. *Hiero enim, & Gelo, non tantùm dederunt (Rhodiis) argenti talenta septuaginta quinque, sed etiam lebetes argenteos, cum basibus suis, & hydrias aliquot, dedicârunt.* Tùm in Digmate posuerunt statuas populi Rhodiorum, coronati à Syracusanis. Polybius paullò post ibidem. Καὶ τελευταῖον, τοσαῦτα δόντες, ὡς προσοφείλοντες χάριν, ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων Δείγματι, στεφανούμενον τὸν Δῆμον τῶν Ῥοδίων ὑπὸ τοῦ Δήμου τῶν Συρακουσίων. *Postremò, cùm tam multa essent largiti, quasi insuper etiam deberent gratiam, statuas in Rhodiorum Digmate constituerunt, populi nempe Rhodiorum, coronati à populo Syracusanorum.* Erat quoque Dianæ illic sive templum, sive signum, Εὐπορίας cognomento. Hesychius. Εὐπορία. ἡ Ἄρτεμις ἐν Ῥόδῳ. *Euporia, Diana in Rhodo.* Hanc, ut etiam Proserpinam, asphodelo coronabant. Suidas, in Ἀσφοδελός. Καὶ Ῥόδιοι τὴν Κόρην, καὶ τὴν Ἄρτεμιν, ἀσφοδέλῳ στέφουσι. *Ac Rhodii Proserpinam, ac Dianam asphodelo coronant.* Helenæ Δενδρίτιδος fanum, ejusque exstruendi causam, memorat Pausanias, in Laconicis. Ῥόδιοι δὲ, οὐχ ὁμολογοῦντες Λακεδαιμονίοις,

Φα-

φασὶν, Ἑλένην, Μενελάου τελευτήσαντος, Ὀρέστου δὲ ἔτι πλανωμένου, τηνικαῦτα ὑπὸ Νικοστράτου καὶ Μεγαπένθους διωχθεῖσαν, εἰς Ῥόδον ἀφικέσθαι, Πολυξοῖ, τῇ Τληπολέμου γυναικὶ, ἔχουσαν ἐπιτηδείως· εἶναι γὰρ καὶ Πολυξὼ τὸ γένος Ἀργείαν, Τληπολέμῳ δὲ ἔτι πρότερον συνοικοῦσαν, φυγῆς μεταλαχεῖν τῆς εἰς Ῥόδον, καὶ τῆς νήσου τηνικαῦτα ἄρχειν, ἀπολειπομένην ἐπὶ ὀρφανῷ παιδί. Ταύτην τὴν Πολυξώ φασιν, ἐπιθυμοῦσαν Ἑλένην τιμωρήσασθαι τελευτῆς τῆς Τληπολέμου, τότε, ὡς ἔλαβεν αὐτὴν ὑποχείριον, ἐπιπέμψαι οἱ λουμένῃ θεραπαίνας, Ἐριννύσιν ἐσκευασμένας. καὶ αὗται διαλαβοῦσαι δὴ τὴν Ἑλένην αἱ γυναῖκες, ἀπάγχουσιν ἐπὶ δένδρου. καὶ ἐπὶ τούτῳ Ῥοδίοις Ἑλένης ἱερόν ἐστι Δενδρίτιδος. *At Rhodii, Lacedæmoniis nequaquam adſentientes, dicunt, Helenam, vitâ functo Menelao, & errante etiamnum Oreſte, à Nicoſtrato & Megapente pulſam, ad Polyxo, Tlepolemi uxorem, neceſſariam ſuam, Rhodum veniße. fuiſſe verò & ipſam Polyxo Argivam: &, cùm multò ante cum Tlepolemo fuiſſet, virum Rhodum in exilium ſecutam eſſe: ac tunc quidem inſulæ imperaſſe, ſuſceptâ parvuli filii tutelâ. Hanc itaque Polyxo, ulciſci in Helenâ necem Tlepolemi volentem, ubi in poteſtate Helenam habuit, ancillas ſuas in lavantem immiſiſſe: quæ prehenſam cùm ad arborem ſuſpendiſſent, laqueo necârunt. Atque hujus rei cauſâ Rhodios fanum Helenæ Dendritidis conſtituiſſe.* Jupiter illis item, cognomento Ἔνδενδρος. Heſychius. Ἔνδενδρος, παρὰ Ῥοδίοις Ζεύς. *Endendrus, apud Rhodios Jupiter.* Etiam Ἐρεδήμιος. Idem Heſychius alibi. Ἐρεδήμιος, Ζεὺς ἐν Ῥόδῳ. *Eridemius, Jupiter in Rhodo.* Præstereà & Παιάν. Occurrit apud eundem alibi. Παιὰν, Ζεὺς τιμᾶται ἐν Ῥόδῳ. *Pæan, Jupiter colitur in Rhodo.* Saturno, homines aliquandiu immolabant. Porphyrius, De Abſtin. lib. II. Ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν Ῥόδῳ μηνὶ, Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένου ἄνθρωπος τῷ Κρόνῳ· ὃ δὴ ἐπὶ πολὺ κρατῆσαν ἔθος, μετεβλήθη. *In Rhodo enim etiam die ſexto menſis Metagitnionis homo Saturno ſacrificabatur: atque ea conſuetudo, cùm obtinuißet diu, poſteà mutata fuit.* Et ex eo idem referunt, Cyrillus, contra Julianum, lib. IV. & Theodoretus, Therap. VII. Minervæ verò, ſacra in arce faciebant ſine igne. Philoſtratus, Imag. lib. II. Καὶ θύουσιν ἤδη τῇ Ἀθηνᾷ δῆμοι δύο ἐπὶ δυοῖν ἀκροπόλεων, Ἀθηναῖοι, καὶ Ῥόδιοι, γῇ, καὶ θαλάττῃ, καὶ ἄνθρωποι γηγενεῖς. οἱ μὲν, ἄπυρα ἱερὰ, καὶ ἀτελῆ. ὁ δὲ Ἀθήνησι δῆμος, πῦρ ἔχει, καὶ κνίσας ἱερῶν. *Ac ſacra nunc Minervæ*

fa-

faciunt in duabus arcibus duo populi, Athenienses, Rhodiique terrâ, & mari, ac homines indigenæ. hi quidem, sacra igne carentia, & imperfecta: Atheniensis verò populus, ignem habet, & nidores sacrorum. Ita locum illum emendo. Hodie corruptè editur: Πῦρ, καὶ κνίσσαι ἱερῶν. *Ignis ibi, & nidores sacrorum.* Rem, & originem narrat Diodorus, lib. V. Ἀνδρωθεῖσι δὲ τοῖς Ἡλιάδαις (φασὶν) εἰπεῖν τὸν Ἥλιον ὅτι οἵτινες ἂν Ἀθηνᾷ θύσωσι πρῶτοι, παρ' ἑαυτοῖς ἕξουσι τὴν θεόν. τὸ δ' αὐτὸ διασαφῆσαι λέγεται τοῖς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦσι. διὸ καί φασι τοὺς μὲν Ἡλιάδας, διὰ τὴν σπουδὴν, ἐπιλαθομένους ἐνεγκεῖν πῦρ, καὶ ἐπιθεῖναι τότε τὰ θύματα· τὸν δὲ τότε βασιλεύοντα τῶν Ἀθηναίων Κέκροπα ἐπὶ τοῦ πυρὸς θῦσαι ὕστερον. διόπερ φασὶ διαμένειν μέχρι τοῦ νῦν τὸ κατὰ τὴν θυσίαν ἴδιον ἐν Ῥόδῳ. *Heliades, cùm ad virilem ætatem pervenissent, dixisse Solem (ajunt,) qui primi Minervæ sacra facerent, deam semper apud sese habituros. ac dixisse idem fertur Atticam inhabitantibus. Et Heliadas quidem tradunt, ob nimiam festinationem, ignem adhibere oblitos, victimam tamen immolasse: Cecropem verò, regem tunc Atheniensium, igne mox adhibito sacrificasse: ideoque permanere etiamnum apud Rhodios proprium hunc sacrorum ritum.* Pindarus, Olymp. Od. VII.

Δαίμων Ὑπεριονίδας
Μέλλον ἔντειλε φυλάξα-
σθαι χρέος παισὶν φίλοις,
Ὡς ἂν θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν
Βωμὸν ἐναργέα, καὶ
Σεμνὰν θυσίαν θέμενοι,
Πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν, κόρᾳ τ' ἐγ-
χειβρόμῳ. ἐν δ' ἀρετὰν
Ἔβαλεν, καὶ χάρματ' ἀνθρώ-
ποισι Προμαθέως αἰδώς.
Ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ
Λάθας ἀτέκμαρτον νέφος
Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδὸν γ' ἔξω φρενῶν.
Καίτοι γὰρ αἴθοισας ἔχοντες
Σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ,

τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς
Ἄλσος ἐν ἀκροπόλει. ———
Deus Hyperionides
Futurum mandavit observa-
Re negotium, utile filiis charis,
Ut deæ primi conderent
Aram conspicuam, &,
Venerando sacrificio facto,
Cùm patri animum exhilararent, tum puellæ has-
Tiferemæ. Virtutem autem
Injicite, & gaudia, homini-
Bus Promethei reverentia.
Sed supervenit quædam etiam
Oblivionis ex improviso nubes,
Et avertit rerum rec-
Tam viam extra mentem.
Etenim ardentis non habentes
Semen ascenderunt flammæ,
Feceruntque igne carentibus sacris
Locum sacrum in arce. ———

Ubi vide Scholiasten cùm anonymum, tum Demetrium Triclinium. Estque hoc ipsum, ut existimo, sacrificium, quod cùm peragerent, etiam convivium quoddam agitabant, neque matulam afferebant, nisi posteà impetratâ ab oraculo in id veniâ. Suidas. Ῥόδιοι, τῇ Λινδίᾳ Ἀθηνᾷ θύοντες, καθεκάστην ἡμέραν διετέλουν ἐν τῷ ναῷ εὐωχούμενοι. οὐκ ἦν δὲ αὐτοῖς ἔθος ἀμίδα εἰσφέρειν· συγκατανεύσαντος δὲ τοῦ χρησμοῦ, πάλιν αὖ ἐπυνθάνοντο, χαλκῆν, ἢ ὀστρακίνην. ὁ δὲ ὀργισθεὶς, ἀπεφήνατο, μηδετέραν. *Rhodii, Lindiæ Minervæ sacrificantes, quotidie in templo convivia agitabant. neque verò matulam inferre ipsis mos erat: concedente autem oraculo, æneamne an fictilem, deberent; itaque iratus deus, respondit, neutram.* Eadem tradit Lucillus Tarrhæus, in Collect. Proverb. Diogenianus, Cent. VIII. Proverb. IV. & Appendix Vaticana, Cent. III. Proverb. LXXVI. Cùm à littore longiùs processissent classes, sacra Phorbantis adven-

ventui faciebant. Rem, & cauſam, Hyginus narrat, in Poëtico Aſtronomico, ubi de Ophiucho agit. *Polyzelus autem Rhodius, hunc Phorbanta nomine demonſtrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuiſſe demonſtratur. Nam, cùm eorum inſulam, ſerpentum multitudine occupatam, cives Ophiuſam appellaſſent, & in eâ multitudine draco fuiſſet ingenti magnitudine, qui plurimos eorum interfeciſſet, & patriâ denique deſertâ carere coëgiſſet, dicitur Phorbas, Triopæ filius, ex Hiſcillâ Myrmidonis filiâ natus, eò tempeſtate delatus, omnes feras, & eum draconem, interfeciſſe: qui cùm maximè Apollini dilectus eſſet, locatus inter ſidera dicitur; ut, interficiens draconem, laudis, & memoriæ cauſâ videretur. Itaque Rhodii, quotiescunque à littore longiùs prodeunt claſſes, priùs ſacrificant Phorbantis adventui; talis ut illis eventus inopinatæ virtutis accidat civibus, qualis inſcium Phorbanta futuræ laudis ad ſidera gloriæ pertulit caſus.* Sed nos plurima Rhodiorum ſacrificia ignorare cogit temporis injuria: & de iis Opera olim ſingularia conſcripſerunt, Georgus, & Theognis; qui citantur ab Athenæo. Feſta, varia habebant: ac commemorat Διονύσια Diodorus, lib. XX. Erant etiam, Ἅλια, Ἐπισκάφια, Τληπολέμια, Χελιδόνια: de quibus olim à me dictum in libris Græciæ Feriatæ, ſuis locis.

CAP. XVII.

Rhodii opes, aureusque à Sole imber: tum potentia in Pharo, aliisque item inſulis; & imperium in mare: deque ejus tempore Euſebii error indicatus. Gloria navalis, & peritia rei nauticæ. Proverbium: Ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι δέκα ναῦς. *Nautæ Rhodii, in tempeſtate ſubmergendi, dictum planè generoſum, ad Neptunum. Subditæ etiam Rhodo Caunus, Carpathus, Caucaſus, ſive potius Caſus. Ariſtides emendatus. Lycia, Caria: tum & urbes, inſulæque aliæ plures.*

Divitiæ etiam prædicatæ. Julius Cæſar, apud Saluſtium, De bello Catilinario. *Rhodiorum civitas, magna, atque magnifica, quæ populi Romani opibus crevit.* Dion Chryſoſtomus, in Rhodiacâ. Ὑμεῖς μὲν καὶ πρότερον ἦτε πλουσιώτατοι τῶν Ἑλλήνων, καὶ νῦν ἔτι μᾶλλον ἐστε.

Vos quidem & antea ditissimi eratis Græcorum, & nunc quoque magis estis. Idque futurum, prædicit Sibyllinum Oraculum, lib. III.

Καὶ σὺ, Ῥόδος, πουλὺν μὲν ἀδούλωτος χρόνον ἔσσῃ,
Ἠμερίη θυγάτηρ, πουλὺς δέ τοι ὄλβος ὄπισθεν
Ἔσσεται. ———

Et tu, Rhode, longe tempore nulli subdita eris,
Diei filia, multæ etiam tibi opes deinde
Erunt. ———

Homerus, de Rhodiis, Iliad. II.

Καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.
Et ipsis ingentes divitias infudit Saturnius.

Alledit nempe ad imbrem aureum, qui pluisse Rhodi dicitur ab antiquis. Pindarus, de Rhodo agens, Olymp. Od. VII.

——— ἔνθά ποτε
Βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας
Χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν.

——— *ubi quondam*
Irrigavit deorum rex magnus
Aureis nivibus urbem.

Quem utrunque Homeri Pindarique locum respexit Aristides, in Rhodiacâ suâ. καὶ Ὅμηρος πλοῦτον ἔφη καταχέαι τὸν Δία τῇ νήσῳ, καὶ τοῖς περὶ Τληπόλεμον, προγόνοις ὑμῶν, καὶ Πίνδαρος παραλαβὼν, ὕσαι χρυσὸν, νεφέλην ξανθὴν ἐπιστήσαντα. *Et Homerus quidem, divitias ait Jovem insulæ, ac Tlepolemo, progenitori vestro, defudisse: & secutus eum Pindarus, aurum pluisse, flavâ super illam nube positâ.* De aureo imbre, & Pindari loco sic Libanius, in Exemplis Progymnasmatum. Ῥοδίοις γάρ φησι Πίνδαρος ἐξ οὐρανοῦ ῥυῆναι χρυσόν. *Rhodiis enim ait Pindarus aurum è cœlo fluxisse.* Philostratus, Imag. lib. II. Ῥοδίοις ᾗ λέγεται χρυσὸς ἐξ οὐρανοῦ ῥεῦσαι, καὶ διαπλῆσαι σφῶν τὰς οἰκίας, τούς τε στενωποὺς, νεφέλην εἰς αὐτοὺς ῥήξαντος τοῦ Διός. *Rhodiis dicitur aurum è cœlo defluxisse, & implevisse domos, atque angiportus, frangente in eos nubem Jove.* Himerius. Ῥοδίοις μὲν δὴ λόγος ὑσθῆναι χρυσῷ, χρυσῆν ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Διὸς νεφέλην ῥήξαντος. *Rhodiis quidem certè auro pluisse fertur, auream super ipsos nubem frangente Jove.* Causam ajunt, quod primi Minervæ natæ sacra fecissent. Scholia-

liastes Homeri, Iliad. II. ἱστόρηται γὰρ, ὅτι τοῖς Ῥοδίοις χρυσὸν ἔβρεξεν ὁ Ζεὺς, ἐπεὶ πρῶτοι γινομένῃ τῇ Ἀθηνᾷ ἔθυσαν. *Traditur enim, Jovem Rhodiis aurum pluiſse, quia primi Minervæ natæ ſacra feciſsent.* Idem alii commemorant. Et potentiam etiam longiùs exerebant ſuam Rhodii; adeoque in Ægypto, antè urbem Alexandriam, Pharum vectigalem habebant, uſque ad Cleopatræ reginæ tempora, quæ eluſit miro aſtu, opereque admirando. Narrat fuſè Ammianus Marcellinus, lib. XXII. *Inſula Pharos, ubi Protea cum phocarum gregibus diverſatum Homerus fabulatur inflatiùs, à civitatis (Alexandriæ) littore mille paſſibus diſparata, Rhodiorum erat obnoxia vectigali. Quod cùm inde quidam nimium quantum petituri veniſsent, fœmina, (Cleopatra) callida ſemper in fraudes, ſolemnium ſpecie feriarum, iiſdem publicanis ſecum ad ſuburbana perductis, opus juſserat irrequietis laboribus conſummari, & ſeptem diebus, totidem ſtadia molibus jactis in mare, ſolo propinquanti terræ ſunt vindicatæ. Quò cum vehiculo ingreſſa, errare ait Rhodios, inſularum, non continentis, portorium flagitantes.* Præfectuſque operi fuit Dexiphanes Cnidius. Joannes Tzetzes Var. Hiſt. Chil. IV.

Ἥπερ ἡ Κλεοπάτρα δὲ, χερσώσασα τὴν Φάρον,
Τῷ Δεξιφάνει τῷ σοφῷ, Κνιδόθεν ὡρμημένῳ.
Quàm Cleopatra verò cum Pharum terram feciſset,
Per Dexiphanem ſapientem, è Cnido profectum.

Et iterum, ubi de Cleopatræ ſcribis agit, Chil. VI.

Καὶ Δεξιφάνης δὲ αὐτὸς μηχανικὸς ἐκ Κνίδου,
Μεθ' οὗ πολλὰς λυσιτελεῖς τὰς μηχανὰς ἐποίει,
Καὶ θάλασσαν ἐχέρσωσε μέχρι τετρασταδίου.
Et Dexiphanes ipſe, mechanicus ex Cnido,
Cum quo multas utiles machinas faciebat,
Et mare terram fecit uſque ad quadriſtadium.

Ubi obiter obſerva, Pharum à continente abfuiſſe quatuor ſtadia; ac ſeptem ab Ammiano dici. Et obſerva: non duntaxat eam inſulam, ſed & plures, ipſis ſubditas fuiſſe. Et metropolin eam omnium maris Hadriatici inſularum dicit Jornandes, lib. De Reg. Succeſſ. *Rhodus, opinatiſſima inſula, & totius Adriæ inſularum metropolis.* Recenſet aliquas Plinius, lib. V. cap. xxxj. *Rhodiorum inſulæ,*

Carpathus, *Caſos*, *Achne olim*; *Niſyros*, *dictans ab Gnido duodecim millia quingenta*, *Porphyris anteà dicta*: *&*, *eodem tractu*, *media inter Rhodum*, *Gnidumque*, *Syme.* Quin & mare univerſum poſſidebant. Ariſtides, in Rhodiacâ. Ἐπικείμενα δὲ τοῖς λιμέσι τὰ νεώρια, ὅσα καὶ οἷα ἦν, ὅτε τῆς θαλάττης ἐκρατεῖτε. *Et portubus incumbentia navalia*, *quanta ac qualia fuerunt*, *cum maris imperium tenebatis.* Strabo, lib. XIV. Θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ εὐνομία, (τῆς Ῥόδου,) καὶ ἡ ἐπιμέλεια πρός τε τὴν ἄλλην πολιτείαν, καὶ περὶ τὰ ναυτικά, ἀφ' ἧς ἐθαλασσοκράτησε πολὺν χρόνον. *Admiranda eſt & legum* (*Rhodi*) *optimarum conſtitutio*, *& induſtria cùm in aliis reip. partibus*, *tum circà rem nauticam*: *quâ effectum*, *ut imperium maris diu poſſiderent.* Lucanus, lib. V.

——— *pelagique potens Phœbeïa donis*
Exornata Rhodos. ———

Et Oraculum Sibyllinum, de Rhodo agens, lib. III.

——— ἐν πόντῳ δ' ἕξεις κράτος ἔξοχον ἄλλων.
——— *in mari verò habebis imperium ſupra alios.*

Euſebius definit tempus, trium, ac viginti annorum, ad annum MC. Τέταρτοι ἐθαλασσοκράτησαν Ῥόδιοι, κατὰ δέ τινας πέμπτοι, ἔτη κγ΄. Hieronymus. *Quarto mare obtinuerunt Rhodii annis xxiij.* Strabo verò, in citatis ſtatim verbis, longo tempore tenuiſſe illos dicit: neque dubito, quin corruptus ſit Euſebianus numerus. Certè gloriam navalem ad ſua uſque tempora manſiſſe ait Cicero, in Oratione Pro lege Maniliâ. *Non Rhodiorum*, *quorum uſque ad noſtram memoriam diſciplina navalis*, *& gloria*, *remanſit.* Nec immeritò: nam, ut agilitate naves, ſic gubernatores arte, & ſcientiâ remiges antecellebant. Livius, lib. XXXVII. *Præſtabant Rhodiæ naves agilitate*, *& arte gubernatorum*, *& ſcientiâ remigum.* Hinc præ cæteris *nauticus populus* dicuntur Floro, lib. II. *Aderant Rhodii*, *nauticus populus.* Quæ totidem verbis tranſſcripſit Jornandes, lib. De Regn. Succeſſ. Prædicat etiam peritiam Rhodiorum navalem Hirtius, De bello Alexandrino, uno atque altero loco: & A. Gellius, lib. VII. cap. iij. Et quidem ipſi Rhodii eo nomine gloriabantur, quod ſinguli naves gubernare ſingulas poſſent: unde & proverbio de jactabundis dictitatum. Ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι δέκα ναῦς. *Nos*

de-

decem Rhodii decem naves. Vide Diogenianum, Cent. V. Proverb. XIX. Nauta quoque quidam Rhodius, ſumma obortâ tempeſtate, cùm mergenda navis eſſet, at, Neptune, inquiebat; tamen rectam navem mergam. Meminit Ariſtides, in Rhodiacâ. Καιρὸς δ᾽ ἤδη, εἴπερ ποτὲ, ὦ ἄνδρες Ῥόδιοι, σῶσαι μὲν αὐτοὺς ὑμᾶς ἐκ τῶν περιεστηκότων, βοηθῆσαι δὲ τῷ γένει τῆς νήσου, στῆναι δὲ πρὸς τὴν τύχην λαμπρῶς, ἐνθυμηθέντας ὑμῶν τὸν τοῦ πολίτου κυβερνήτου λόγον. ὃς ἔφη, χειμαζομένης αὐτῷ τῆς νεὼς, καὶ καταδύσεσθαι προσδοκῶν· ἀλλ᾽, ὦ Πόσειδον, ἴσθι, ὅτι ὀρθὴν τὰν ναῦν καταδύσω. *Nunc vos, Rhodii, ſi unquam aliàs, tempus monet, ut vos ipſos è circumjectis malis eripiatis, & inſulæ populo opem feratis, ac ſtrenuè fortunæ reſiſtatis, revocato in animum gubernatoris, civis veſtri, dicto quodam; qui, cùm navis tempeſtate jactaretur, & mergendam jam putaret; ſcito, inquit, ô Neptune, rectam navem me merſurum.* Quod ad opes verò attinet, poſteà manſere etiam, ac majores item factæ, ſub Romanis; ut videre eſt in citatis Dionis Chryſoſtomi verbis, in principio hujus capitis. adeoque *populi Romani opibus crevit:* ut ait apud Saluſtium Cæſar, cujus verba itidem produxi illic. Ac profectò ita habet: nam Romani non duntaxat urbes multas, ſed & inſulas, donavere, ob navatam bello cum Antiocho operam. De urbibus, Eutropius ait, lib. IV. *Rhodiis, qui auxilium Romanis contra regem Antiochum tulerant, multæ urbes conceſſæ ſunt.* Quæ iiſdem ferè verbis Paulus Diaconus, Hiſt. Miſc. lib. IV. Pæanius, in Eutropii metaphraſi. Ῥοδίοις τε, καὶ αὐτοῖς συμμεμαχηκόσι, πολλαὶ τῶν πόλεων ὑπακούειν ἐπετάχθησαν. In his Caunus. Appianus, de bell. Mithrid. Καύνιοι, Ῥοδίοις ὑποτελεῖς ἐπὶ τῷ Ἀντιόχου πολέμῳ γενόμενοι. *Caunii, bello cum Antiocho Rhodiis vectigales facti.* Dion Chryſoſtomus, in Rhodiacâ. Τίς γὰρ παρὰ Καυνίοις γέγονε γενναῖος ἀνήρ; ἢ τίς πώποτε ἐκείνους ἀγαθόν τι πεποίηκεν; οἵ γε δουλεύουσιν οὐχ ὑμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ Ῥωμαίοις· δι᾽ ὑπερβολὴν ἀνοίας, καὶ μοχθηρίας, διπλῆν αὐτοῖς τὴν δουλείαν κατασκευάσαντες. *Quis enim apud Caunios fuit unquam vir generoſus? aut quis illis unquam boni aliquid fecit? Nam hi ſerviunt non vobis ſolis, verùm etiam Romanis; duplici ſibi, ob dementiam, & nequitiam, ſervitute comparatâ.* Plinius, lib. XXXV. cap. x. *Simul, ut dictum eſt, Protogenes floruit. Patria ei Caunus fuit, gentis Rhodiis ſubjectæ.*

He-

Hesychius. Καυνὸς, κακὸς, σκληρὸς, κλῆρος, καὶ πόλις Ῥόδου. *Caunus, malus, durus, sors, & urbs Rhodi.* Inter insulas, Carpathus, & Caucasus, commemorantur Aristidi, in Rhodiacâ. Καὶ νῦν Κάρπαθον μὲν, καὶ Καύκασον, καὶ ἄλλας νήσους, οἰκουμένας ἐστὶν ἰδεῖν, οὐδὲν ἐχούσας ὅτι εἴπωσι, καὶ παρ' ὧν φόρον ὑμῖν περὶ τοῦ, μικρὸν ἦν. *Jam & Carpathum quidem, & Caucasum, aliasque item insulas, videre licet habitatas, nil quod prædicent habentes: & de quibus anteà tributum cogere, parvi certè faciebatis.* Sed legendum, Κάρπαθον μὲν, καὶ Κάσον. *Carpathum quidem, & Casum.* Nam intet insulas Rhodo subjectas Casus erat, non Caucasus. Plinius clarè, lib. V. cap. XXXV. *Rhodiorum insulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit: Casos, Achne olim.* Nisi fortè duæ voces coaluerint, ac pro Καύκασον, scribendum, Καυνον, Κάσον, *Canum, Casum.* Quanquam Caunus urbs potiùs, quàm insula fuit. Meminitque Carpathi & Dion Chrysostomus, in ejusdem tituli Oratione. Καὶ γὰρ τὴν ἀντικρὺς χώραν, καὶ Κάρπαθον ταύτην, καὶ ἤπειρον, ἑτέρας νήσους, καὶ καθόλου πολλά ἐστιν εὑρεῖν, ἃ κοινῇ μὲν ἀπεγράψατο ἡ πόλις. *Et objacentem quidem regionem, & hanc Carpathum ac continentem, aliasque insulas, & summatim multa possunt inveniri, quæ communiter quidem in acta publica retulit civitas.* Et in Asiâ Lyciam quoque, Cariamque, tenuere. Livius, lib XXXVIII. *Rhodiis affirmata, quæ data priore decreto erant. Lycia, & Caria, datæ usque ad Mæandrum amnem, præter Telmessum.* Polybius, in Excerptis Legationum, cap. XXXVI. Μετὰ δὲ ταῦτα Ῥοδίοις ἐχρημάτισαν· διδόντες Λυκίαν, καὶ Καρίαν, τὰ μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ, πλὴν Τελμισσοῦ. *Post hæc cum Rhodiis egerunt: dantes illis Lyciam, & Cariam, usque ad Mæandrum fluvium, excepto Telmisso.* Dion Chrysostomus, in citatâ sæpiùs Rhodiacâ. Καὶ τὴν Καρίαν καρποῦσθε, καὶ μέρος τι τῆς Λυκίας. *Et ex Cariâ fructum percipitis, & ex parte quâdam Lyciæ.* Et solius Cariæ meminit alibi, in eâdem Oratione. Ἐὰν πυνθάνηταί τις, τίνος ἐστὶν ἡ νῆσος; ἤ, τίνος ἡ Καρία; φήσουσι, Ῥοδίων. *Si quis quærat, cujus est insula? aut, cujus est Caria? inquient, Rhodiorum.* Ac Lyciam quidem, attribuerat L. Cornelius Scipio: Rhodiique nimium superbè in eam dominatum posteà exercuerunt. Ipsi Lycii, per legatos, conqueruntur, apud Livium, lib. XLI. *Æquè miserabilis legatio Lyciorum; qui crudelitatem Rhodiorum,*

qui-

quibus ab L. Cornelio Scipione attributi erant, querebantur: fuisse sub ditione Antiochi. eam regiam servitutem, collatam cum præsenti statu, præclaram libertatem visam. non publico tantùm se premi imperio, sed singulos justum pati servitium: juxta se conjuges, liberosque, vexari: in corpus, in tergum sæviri: famam, quod indignum sit, maculari, dehonestarique, & palàm res odiosas fieri, juris etiam usurpandi causâ: ne pro odio habeant, nihil inter se, & argento parata mancipia, interesse. Invenio quoque Nisyrum, & Symen, apud Plinium: cujus ea loco jam citato verba. *Rhodiorum insulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit: Casos, Achne olim Nisyros, distans ab Gnido duodecim millia quingenta, Porphyris antè dicta: &, eodem tractu, media inter Rhodum, Gnidumque, Syme.* Ac de Nisyro, capite sequenti dicam, inter colonias: Syme verò, ab Heliadum statim tempore huc pertinuit; quippe nomen nacta à Syme, Cercaphi ex Jalyso nepte. Stephanus indicat. Σύμη, νῆσος Καρικὴ, καὶ πόλις ὁμώνυμος. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Σύμης, τῆς Ἰαλύσου. *Syme, insula Carica, & urbs ejusdem nominis. appellata verò est à Syme, Jalysi filiâ.* Memoratque idem Eustathius, ad Iliad. lib. II.

CAP. XXVIII.

Coloniæ Rhodiorum. In Hispania, Rhodus, sive Rhode; & Baleares, in Opicis, Parthenope: in Dauniis, Salapia, sive Elpia. Strabonis locus expensus, ac correctus. In Brutiis, ad Sybarin flumen in Cilicia, Soli; in Siciliâ, Agrigentum, & Gela; à Lindiis deducta, qui & loco nomen à se Λίνδιοι *imposuerunt. In Lyciâ, Gagæ. Tum in Cariâ: & insulâ quâdam inter Theram, & Therasiam: ubi fanum etiam Neptuni Asphalii posuere. Denique in Joniâ, Teus: ac postremùm, Apollonia, & Chalcia:*

Ad magnificentiam verò, & potentiam, etiam coloniæ pertinent, quæ deductæ in varias oras. Memorat nonnullas Strabo, lib. XIV. Ἱστοροῦσι δὲ καὶ ταῦτα περὶ τῶν Ῥοδίων, ὅτι οὐ μόνον, ἀφ' οὗ χρόνου συνῴκησαν τὴν νῦν πόλιν, ηὐτύχουν κατὰ θάλατταν, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ὀλυμπακῆς θέσεως συχνοῖς ἔτεσιν, ἔπλεον πόρρω τῆς οἰκείας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων,

ἀφ' οὗ μέχρι Ἰβηρίας ἔπλευσαν, κἀκεῖ μὲν τὴν Ῥόδον ἔκτισαν, ἣν ὕστερον Μασσαλιῶται κατέσχον· ἐν δὲ τοῖς Ὀπικοῖς, Παρθενόπην· ἐν δὲ Δαυνίοις, μετὰ Κώων Ἐλπίας. τινὲς δὲ, μετὰ τὴν ἐκ Τροίας ἔφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους ὑπ' αὐτῶν κτισθῆναι λέγουσιν. Ἔνιοι δὲ τῶν Ῥοδίων, καὶ περὶ Σύβαριν ᾤκησαν. *Narrantur & hæc de Rhodiis; res eorum mari ſecundas fuiße, non ab eo demum tempore, quo urbem quæ exſtat hodie, condiderunt; ſed etiam ante Olympiorum inſtitutionem permultis annis procul à patriâ claſſem eduxiſſe, hominum ſervandorum cauſâ. itaque in Hiſpaniam navigaſſe, ac Rhodum ibi condidiſſe, quam Maſſalienſes poſteâ tenuerunt: & in Opicis, Parthenopen: in Dauniis, Coum auxilio Elpias. Quidam, poſt reditum à bello Trojano, Gymnaſias inſulas ab iis ferunt conditas. Aliqui verò Rhodiorum, etiam circa Sybarin ſedes poſuerunt.* Ubi quæ de conditâ Rhodo in Hiſpaniâ memorantur, eò pertinent Iſidori Hiſpalenſis iſta verba, Orig. lib. XIII. cap. xxj. *Rhodanus, Galliæ fluvius, ab oppido Rhodo cognominatus eſt, quem coloni Rhodiorum vocaverunt.* Ipſi Straboni alibi Rhodope dicitur, in deſcriptione Hiſpaniæ, lib. III. Ἐνταῦθα δὲ ἐστὶ καὶ ἡ Ῥοδόπη, πολίχνιον Ἐμπορειτῶν. τινὲς δὲ, κτίσμα Ῥοδίων φασί. *Ibi quoque eſt Rhodope, oppidulum Emporienſium. quidam verò, conditum à Rhodiis dicunt.* Sed legendum ibi cenſet Vir inſignis, Iſaacus Caſaubonus. Ῥόδη. *Rhode.* Et ita Marcianus Heracleota, in ſuâ Periegeſi.

Πρώτη μὲν Ἐμπόριον, Ῥόδη δὲ δευτέρα.
Ταύτην μὲν οἱ πρὶν κρατοῦντες ἔκτισαν
Ῥόδιοι· μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν
Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκιεῖς.
Prima quidem Emporium, Rhode verò ſecunda.
Hanc quidem, qui primi tenuere, condiderunt
Rhodii: poſt quos profecti in Iberiam
Maſſiliæ conditores habitarunt Phocenſes.

Hieronymus, in Prooemio libri ſecundi Commentariorum in Epiſtolam ad Galatas. *Oppidum Rhoda, coloni Rhodiorum locaverunt.* Ac Rhode quidem, dicitur etiam Stephano, De Urbibus; & Rhoda Melæ, lib. II. cap. vj. Sed vulgatam tamen Strabonis lectionem tuetur Euſtathius, ad Dionyſium. ὁ δὲ γεωγράφος (ὁ Στράβων)

φησὶ

φησὶ καὶ, ὅτι πλεύσαντες οἱ Ῥόδιοι μέχρι Ἰβηρίας, ἔκτισαν ἐκεῖ πόλιν Ῥόδον. *Sed Geographus (Strabo) ait etiam, Rhodios, cùm in Iberiam uſque navigaſſent, urbem illic Rhodum condidiſſe.* Etiam Baleares inſulæ ab ipſis conditæ, Strabo, lib. XIV. Τινὲς δὲ μετὰ τὴν ἐκ Τροίας ἔφοδον τὰς Γυμνησίας νήσους ὑπ' αὐτῶν (τῶν Ῥοδίων) κτισθῆναι λέγουσι. *Quidam verò poſt reditum à Trojâ inſulas Baleares ab ipſis (Rhodiis) conditas, eſſe tradunt.* Factum autem id ab ipſis duce Tlepolemo. Silius, lib. III.

> *Jam, cui Triptolemus ſator, & cui Lindus origo,*
> *Fervida bella ferens Balearis, & alite plumbo.*

De Parthenope quod addit, confirmat Stephanus. Παρθενόπη, πόλις ἐν Ὀπικοῖς τῆς Ἰταλίας, κτίσμα Ῥοδίων. *Parthenope, urbs in Opicis Italiæ, à Rhodiis condita.* Ait verò porrò Strabo. Ἐν δὲ Δαυνίοις, μετὰ Κώων Ἐλπίας. *In Dauniis verò, cum Cois Elpias.* Quæ præfectò verba mutila, nec cum cæteris cohærent. Nam quid illic fecit Elpias? urbem condidit? quamnam autem? hanc oportuit expreſſam à Strabone, ut in aliis factitatum. Itaque reſcribendum cenſeo; μετὰ Κώων Σαλαπίαν ἔκτισεν Ἐλπίας. *Cum Cois Salapiam condidit Elpias.* nam Salapiam in Apuliâ Dauniâ condidit Elpias Rhodius. Vitruvius. lib. I. cap. iv. *In Apuliâ oppidum Salapia vetus; quod Diomedes, ab Trojâ rediens conſtituit: ſive, quemadmodum nonnulli ſcripſerunt, Elpias Rhodius.* Ac profectò, veterem eſſe hujus loci corruptelam, etiam oſtendit Stephanus, qui ſic ſcribit. Ἐλπία, πόλις ἐν Δαυνίοις, κτίσμα Ῥοδίων. *Elpia, urbs in Dauniis, à Rhodiis condita.* Et apparet illum legiſſe numero ſingulari, quarto caſu. μετὰ Κώων Ἐλπίαν. *cum Cois Elpiam.* ut Elpia ſit urbis nomen. Sybarin etiam quoſdam habitaſſe, id confirmat Ariſtoteles, lib. Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Λέγεται δὲ καὶ τελευτήσαντα ἐκεῖ κεῖσθαι αὐτὸν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Σύβαριν, βοηθήσαντα Ῥοδίοις, τοῖς μετὰ Τληπολέμου εἰς τοὺς ἐκεῖ τόπους ἀπενεχθεῖσι. *Fertur verò etiam, eum mortuum illic ſepultum ad flumen Sybarin, poſtquam Rhodiis, qui in loca illa venerant cum Tlepolemo, opem tuliſſet.* Inſuper, in Macedoniâ habitârunt Epiphanius, Adv. Hær. lib. I. tom. II. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τὸ γένος κατῴκησε Κυπρίων τε καὶ Ῥοδίων. *Verùm etiam in Macedoniâ Cypriorum, & Rhodiorum, genus habitavit.* Etiam Niſyrum, Dio-

dorus, lib. V. οἱ δὲ τὴν Νίσυρον τὸ παλαιὸν οἰκήσαντες, ὑπὸ σεισμῶν ἐφθάρησαν· ὕστερον δὲ Κῷοι, καθάπερ τὴν Κάλυδναν, ταύτην κατῴκησαν· μετὰ δὲ ταῦτα, φθορᾶς ἀνθρώπων ἐν τῇ νήσῳ γενομένης, οἱ Ῥόδιοι ἀποίκους εἰς ταύτην ἔστειλαν. *At qui antiquitus Nisyrum habitabant, terræ motibus periere: posteà verò, ut Calydnam, Coi illam tenuere: inde, exstinctis insulanis, Rhodii colonos eò miserunt.* Et huc pertinet, quod hanc inter Rhodiorum insulas commemorat Plinius, lib. V. cap. xxxj. *Rhodiorum insulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit: Casos, Achne olim: Nisyros, distans ab Gnido duodecim millia quingenta.* In Ciliciâ, quidam Solos condidisse eos tradunt, cum Achæis. Eustathius, in Dionysium. πόλις Κιλικίας, καὶ οἱ Σόλοι, ἡ νῦν Πομπηΐου πόλις. λέγονται δὲ Σόλοι, κατά τινας, ἀπὸ Σόλωνος. οἱ δὲ, φασὶ Ῥοδίων, καὶ Ἀχαιῶν, κτίσμα τὴν τοιαύτην πόλιν. *Urbs Ciliciæ etiam Soli, quæ nunc Pompejopolis. Dicuntur autem Soli, juxta quosdam, à Solone: quidam verò, urbem eam conditam dicunt à Rhodiis, & Achæis.* In Siciliâ Agrigentum condidere. Polybius, Hist. lib. IX. τοῦ γὰρ Ἀκράγαντος ὑπὸ Ῥοδίων ἀπῳκισμένου, εἰκότως ὁ θεὸς τ' οὗτος αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν, ἣν καὶ παρὰ τοῖς Ῥοδίοις. *Nam, cum Rhodiorum colonia sit Agrigentum, meritò hic deus dicitur eo nomine, quo apud Rhodios.* Nempe quatenus Geloi condidere, qui & ipsi à Rhodiis oriundi erant. nam Geloos Agrigentum condidisse, satis certum ex veteribus. Scholiastes Pindari, Olymp. Od. II. Ἀρτέμων δὲ ὁ ἀπὸ Περγάμου, τὴν Γέλαν οἴεται δεῖν ἀκούειν· καὶ γὰρ ταύτην ὁμώνυμον εἶναι Γέλᾳ τῷ ποταμῷ, τοὺς δὲ Ἀκραγαντίνους, Γελώων εἶναι ἀποίκους. *Artemon verò Pergamenus, Gelam putat intelligi debere; siquidem cum Gelâ flumine idem illa nomen habeat: Agrigentinos verò, Geloorum colonos esse.* Et condidere illi quidem Agrigentum, ducentibus coloniam Pistilo & Aristonoo, annis ferè centum & octo postquam ipsi conditi à Rhodiis essent. Thucydides clarè, lib. VI. Ἔτεσι δὲ ἐγγύτατα ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέρων οἴκησιν Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκησαν· τὴν μὲν πόλιν ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ποταμοῦ ὀνομάσαντες, οἰκιστὰς δὲ ποιήσαντες Ἀριστόνουν καὶ Πιστίλον. *Anno verò prope octavo & centesimo ab initio urbis suæ Geloi Agrigentum condiderunt, urbem à flumine Acragante appellantes, delectis sibi coloniæ auctoribus Aristonoo Pistiloque.* Marcianus simpliciter.

Me-

Μεγαρεῖς Σελινοῦντ', οἱ Γελῷοι δ' ἔκτισαν
Ἀκράγαντα. ———

Megarenſes Selinuntem, Geloi verò condiderunt
Agrigentum. ———

Jam coloniam Rhodiorum Gelam eſſe, adjutantibus Cretenſibus, teſtis nobis eſt Thucydides, lib. VII. Ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὴν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας, μὴ ξὺν τοῖς ἐποίκοις, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἑκόντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν. *Contigitque, ut Cretenſes, qui unà cum Rhodiis Gelam condidiſſent, non pro colonis ſtarent, ſed contrà illos ultro ſtipendia facerent.* Condidere verò Gelam, idque duce Antiphemo; uti idem Scholiaſtes nobis auctor, & Demetrius Triclinius, ad eundem Pindari locum: tum Thucydides, lib. VI. Stephanusque in voce Γέλα. Alii, Dinomenem pro Antiphemo nobis tradunt: ut videre eſt apud Auctorem Etymologici, in Γέλα. Ac coloniam, ſive hoc vel illo duce, deduxiſſe videntur Lindii: unde & locus olim Λίνδιοι, ab eorum ſcilicet nomine, appellatus. Thucydides ſuggerit, lib. VI. Γέλαν δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης, ἀποίκους ἀγαγόντες, κοινῇ ἔκτισαν ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν. καὶ τῇ μὲν πόλει, ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο· τὸ δὲ χωρίον, οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ὃ πρῶτον ἐτειχίσθη, Λίνδιοι καλεῖται. *Gelam verò Antiphemus Rhodius, & Entimus Cretenſis, colonos ducentes, communi operâ condidere, anno quinto & quadrageſimo poſtquam cœptæ habitari Syracuſæ. Et urbi quidem, à Gelâ flumine datum nomen: locus verò, in quo urbs nunc, quique primus muro cinctus, Lindii dicitur.* Et diſertè dicit Herodotus, lib. VII. κτιζομένης Γέλης ὑπὸ Λινδίων τε τῶν ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἀντιοφήμου. *Cum Gela conderetur à Lindiis, qui è Rhodo, & Antiophemo.* Ubi obſerva, Antiophemum appellari, qui dictus eſt aliis Antiphemus. In Lyciâ quoque urbs Gagæ fuit, à Neſtimo condita. Vide Etymologici Auctorem, in Γάγαι. Quin colonias etiam in Cariâ quaſdam deduxere, circà urbem Halicarnaſſum. Mela, ubi de Cariâ agit, lib. I. cap. xvj. *Inde ad Halicarnaſſum hæc adjacent: Rhodiorum aliquot coloniæ.* Quibus adde, quod in quâdam inter Theram & Theraſiam ſubitò enatâ inſulâ. Strabo, de hâc ipſâ agens, lib. I. Μετὰ δὲ τὴν παῦλαν τοῦ πάθους, ἐθάῤῥησαν πρῶτοι Ῥόδιοι θαλαττοκρατοῦντες ἐπιπροσ-

πλεῦσαι τῷ τόπῳ, καὶ Ποσειδῶνος Ἀσφαλίου ἱερὸν ἱδρύσασθαι κατὰ τὴν νῆσον. *Postquàm malum id cessavit, primi Rhodii, penes quos imperium tunc maris erat, locum illum navibus accedere ausi, & Neptuni Asphalii fanum in hâc insulâ dedicare.* Denique, in Joniâ, etiam urbs Rhodiorum erat Teus. Æneas, Poliorcetici cap. XVIII. Ῥοδίων ἐν Ἰωνίᾳ Τέως πόλις, εὐμεγέθης. *Rhodiorum urbs erat in Joniâ Teus, satis magna.* Stephanus quoque, in Ἀπολλωνία, secundam ejus nominis urbem Rhodiorum coloniam dicit. Vide illic. Meminere etiam Chalciæ, Rhodiorum insulæ, Theophrastus, Hist. Plant. lib. VIII. cap. iij. & Plinius, lib. XVII. cap. iv.

CAP. XIX.

Reip. summa fuit penes Reges ab initio; inde verò, penes populum: donec nobiles insurgentes adjutante rege Cariæ, Mausolo extorquerent, duce factionis Hegesilocho, profligatæ famæ homine: qui turpissimè immutatione illâ sese gessit. Summus magistratus, Πρύτανις; *isque per semestre tantùm, quanquam tamen aliquando continuatus. Ac fuere plures uno. Senatores,* Μάστροι *dicti.*

Antiquitus verò sub regibus fuit. Itaque Tlepolemus illic regnum tenuisse fertur, ante tempora belli Trojani. Diodorus Siculus, lib. V. Βραχὺ δὲ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν Τληπόλεμος ὁ Ἡρακλέους, φεύγων διὰ τὸν Λικυμνίου θάνατον, ὃν ἀκουσίως ἦν ἀνῃρηκώς, ἔφυγεν ἐξ Ἄργους ἑκουσίως. χρησμὸν δὲ λαβὼν ὑπὲρ ἀποικίας, μετά τινων λαῶν κατέπλευσεν εἰς τὴν Ῥόδον. καὶ προσδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, αὐτοῦ κατῴκησε. γενόμενος δὲ βασιλεὺς πάσης τῆς νήσου, τήν τε χώραν κατεκληρούχησε, καὶ τἄλλα διετέλεσεν ἄρχων ἐπιεικῶς. *Paulò ante bellum Trojanum Tlepolemus, Herculis filius, ob Licymnii cædem, quem occiderat invitus, sponte Argis in exilium concessit. accepto autem de coloniâ oraculo, cum aliquantâ populi manu Rhodum transmisit: &, ab incolis receptus, ibi consedit. Inde rex totius insulæ factus, agrum sortitò in æquales partes divisit: & in cæteris principem se æquum præstitit.* Eo verò in Trojano bello cæso, principatum tenuit Polyxo uxor, nomine pupulli filii. Pausanias, in Laconicis. καὶ Ῥόδιοι, δὲ, οὐχ ὁμολογοῦντες Λακεδαιμονίοις, φασὶν, Ἑλένην,

Με-

Μενελάου τελευτήσαντος, Ὀρέστου δ' ἔτι πλανωμένου, τηνικαῦτα ὑπὸ Νικοστράτου καὶ Μεγαπένθους διωχθεῖσαν, εἰς Ῥόδον ἀφικέσθαι, Πολυξοῖ, τῇ Τληπολέμου γυναικὶ, ἔχουσαν ἐπιτηδείως. εἶναι γὰρ καὶ Πολυξῷ τὸ γένος Ἀργείαν, Τληπολέμῳ δὲ ἔτι πρότερον συνοικοῦσαν, φυγῆς μεταχεῖν τῆς εἰς Ῥόδον, καὶ τῆς νήσου τηνικαῦτα ἄρχειν, ὑπολειπομένῳ ἐπὶ ὀρφανῷ παιδί. *Rhodii verò, à Lacedæmoniis diſſentientes, tradunt, Helenam, mortuo Menelao, Oreſte etiamnum errante, à Nicoſtrato & Megapenthe pulſam, ad Polyxo, Tlepolemi uxorem, neceſſariam ſuam, Rhodum veniſſe: fuiſſe verò & ipſam Polyxo Argivam; &, cùm multo ante in Tlepolemi matrimonio vitam egiſſet, eum Rhodum in exilium ſequutam eſſe. ac tum quidem inſulæ imperaſſe, ad filii pupilli tutelam relictam.* Ac Memnonis regis meminit Frontinus, Strateg. lib. II. cap. v. ſect. xviij. *Memnon Rhodius rex, cùm equitatu prævaleret, & hoſtem, in collibus ſe continentem, in campos vellet deducere, quoſdam ex militibus ſuis ſub ſpecie perfugæ miſit in hoſtium caſtra.* Iterumque mentionem ejus facit paulò poſt, eodem capite, ſect. XLVI. Et Pauſanias, in Meſſenicis, Damagetum nobis memorat, regem Jalyſi. Ac rei publicæ quidem ſumma, initio penes populum erat. Saluſtius, De rep. ord. epiſt. II. *Neque Rhodios, neque alias civitates, unquam ſuorum judiciorum pœnituit; ubi promiſcuè dives & pauper, ut cuique ſors tulit, de maximis rebus juxtà, ac de minimis, diſceptat.* Sed poſteà nobiles contra plebem inſurrexere ob judicia. Ariſtoteles, Politic. lib. V. cap. iij. Ὥσπερ ἐν Ῥόδῳ συνέστησαν οἱ γνώριμοι ἐπὶ τὸν δῆμον, διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας. *Quemadmodum Rhodi nobiles inſurrexere in plebem, propter judicia quæ intendebantur.* Meminitque iterum poſteà. Καὶ ἐν Ῥόδῳ ὁ δῆμος, πρὸ τῆς ἐπαναστάσεως. *Et Rhodi populus, ante ſeditionem.* Ac mox pleniùs, eodem lib. cap. V. Καὶ γὰρ ἐν Κῷ ἡ δημοκρατία μετέβαλε, πονηρῶν ἐγγενομένων δημαγωγῶν· οἱ γὰρ γνώριμοι συνέστησαν. καὶ ἐν Ῥόδῳ· μισθοφοράν τε γὰρ οἱ δημαγωγοὶ ἐπόριζον, καὶ ἐκώλυον ἀποδιδόναι τὰ ὀφειλόμενα τοῖς τριηράρχοις· οἱ δὲ, διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας, ἠναγκάσθησαν συστάντες καταλῦσαι τὸν δῆμον. *Nam & in Co Democratia, malis in eâ exortis demagogis, mutata fuit; nobiles namque conſpirârunt: & Rhodi. nam & mercedem dabant demagogi, & vetabant triremium præfectis ſua perſolvi. hi verò, ob judicia, quæ intendebantur,*

tur, coacti sunt, seditione factâ, populo regimen abrogare. Et oligarchici Rhodiorum status meminit etiam Demosthenes, in Orat. De Rhod. lib. Χίων ὀλιγαρχουμένων, καὶ Μιτυληναίων, καὶ νυνὶ Ῥοδίων. *Cùm Chii paucorum potestate regantur, & Mitylenæi, & nunc Rhodii.* Livius, lib. XLV. *Cùm prætervehererentur Asiam legati, & Loryma venissent, qui portus viginti paullo ampliùs millia ab Rhodo abest, ex adverso ipsi positus, principes Rhodiorum occurrunt.* Mutavit autem ejus reip. formam, & invexit oligarchiam, amicorum ope adjutus, Hegesilochus quidam, vir flagitiis coopertus. Est in hanc rem, unde observare liceat, unicus Athenæi locus, lib. X. Θεόπομπος δὲ, ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν, περὶ ἄλλου Ῥοδίου διαλεγόμενος, φησί· τοῦ Ἡγησιλόχου τὰ μὲν ἀχρείου γεγονότος ὑπὸ οἰνοφλυγίας, καὶ κύβων, καὶ παντάπασιν οὐκ ἔχοντος ἀξίωμα παρὰ τοῖς Ῥοδίοις, ἀλλὰ διαβεβλημένου διὰ τὴν ἀσωτίαν τὴν τοῦ βίου, καὶ παρὰ τοῖς ἑταίροις, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις πολίταις, εἶθ' ἑξῆς λέγων περὶ τῆς ὀλιγαρχίας, ἣν κατεστήσατο μετὰ τῶν φίλων, ἐπιφέρει. *Theopompus, libro decimosexto Historiarum, de alio Rhodio loquens, dicit. Cùm Hegesilochus ad res gerendas inutilis esset, nimiâ ebrietate, & aleæ studio, adeoque nullam apud Rhodios dignitatem haberet, & infamis planè esset, ob impuritatem vitæ, apud familiares, reliquosque item cives. Post hæc, de paucorum dominatu loquens, quem suorum ope constituerat, subjungit:* Quanta verò, & quàm turpia, is commiserit, dum id facit, narrat Theopompi verbis idem illic Athenæus. Effecit autem id Hegesilochus, operâ Mausoli adjutus. Observare est apud Libanium, in Argumento in Orationem Demosthenis, De Rhodiorum libertate. Γείτονες δὲ ὄντες οἱ Ῥόδιοι τῇ Καρίᾳ, πρὸς τὸν ταύτης ὕπαρχον Μαύσωλον οἰκείως ἔχειν ἐδόκουν. ὁ δὲ, κατ' ὀλίγον πιστευόμενος, ὑπ' αὐτῶν, ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ δήμου συνεστήσατο. καὶ τὴν δημοκρατίαν τῶν Ῥοδίων ἀφελόμενος, ὀλίγοις τοῖς δυνατωτέροις τὴν πόλιν κατεδούλωσε. *Cùm autem Rhodii Cariæ vicini essent, se apud Mausolum ejus præfectum, gratiâ valere putabant. Is, paulatim apud eos fide sibi conciliatâ, insidias populo comparavit: & urbem, populari dominatu Rhodiis erepto, paucorum potentiorum servituti subjecit.* Et hoc est, quod dicit Demosthenes, Orat. de Rhod. lib. Τὴν αὐτῶν ἐλευθερίαν (οἱ Ῥόδιοι) ἀπολωλέκασι, καὶ βαρβάροις, καὶ δούλοις, οὓς εἰς τὰς ἀκροπόλεις παρεῖνται δουλεύουσι.

Liber-

Libertatem ſuam (Rhodii) amiſerunt: & barbaris, ac ſervis; quos in arces recepere, ſerviunt. Summum autem magiſtratum gerebat Prytanis, quem vocabant: uti munus Πρυτανεία dicebatur; & id gerere, Πρυτανεύειν. Plutarchus, ubi recenſet ſummos aliquot magiſtratus, in Præceptis Politicis. Οἷον στρατηγίας Ἀθήνησι, καὶ πρυτανείας ἐν Ῥόδῳ, καὶ Βοιωταρχίας παρ' ἡμῖν. *Qualis eſt prætura Athenis, prytania Rhodi, apud nos Bœotarchia.* Strabo, lib. VII. Τοιαύτην δ' εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ, πρυτανεύοντος αὐτοῦ. *Talem verò inventam eſſe etiam Rhodi, ipſo prytane.* Appianus, De bell. civil. lib. IV. Οἱ μὲν δὴ (Ῥόδιοι) Ἀλέξανδρον ἐκ τούτων εἵλοντο σφίσι πρυτανεύειν, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς μάλιστα αὐτοκράτωρ. *Sanè quidem (Rhodii) Alexandrum prytanin crearunt, qui magiſtratus apud ipſos maximè potens eſt.* Polyb. in Excerpt. legat. cap. LXIV. Καίπερ οὐ προσδεομένων τῶν Ῥοδίων κατὰ τοὺς τότε χρόνους. Ἡγησίλοχος γὰρ, ὅτε πρυτανεύων ἀνὴρ, τῶν εὐδοκιμούντων, ὁ καὶ μετὰ ταῦτα πρεσβεύσας εἰς τὴν Ῥώμην, &c. *Quamvis illo tempore Rhodii minimè haberent opus. Hegeſilochus enim, tunc prytanis, vir inter ſpectatiſſimos, qui etiam poſteà Romam legatus abiit, &c.* Ac ſemeſtris tantùm erat ea dignitas; quanquam tamen prorogari interdum ſolita. Licet iſtud obſervare apud Polybium, in Excerptis Legat. cap. LXVII. Παραγινομένων δὲ τῶν γραμμάτων εἰς τὴν Ῥόδον, Στρατοκλέους πρυτανεύοντος τὴν δευτέραν ἑξάμηνον. *Allatis verò Rhodum literis, cùm alterum ſemeſtre prytanis eſſet Stratocles.* Atque erant plures numero. Indicat id Diodorus, in oppugnatione Rhodi, à Demetrio factâ, lib. XX. Συνεχοῦς οὖν καὶ καταπληκτικῆς γινομένης τῆς προσβολῆς, οἱ μὲν παρὰ τοῖς Ῥοδίοις ναύκληροι, διαγωνιάσαντες περὶ τῶν πλοίων, κατέσβεσαν τὰ πυρφόρα. οἱ δὲ πρυτάνεις, κινδυνεύοντος ἁλῶναι τοῦ λιμένος, παρεκάλεσαν τοὺς ἀρίστους τῶν πολιτῶν ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας ὑπομεῖναι κίνδυνον. *Oppugnatione igitur cum terrore continuatâ, Rhodiorum naucleri, anxiè timentes navibus, faces exſtinguunt: prytanes verò, cùm periculum jam eſſet, ne expugnaretur portus, civium fortiſſimum quemque ad diſcrimen pro ſalute publicâ ſubeundum hortantur.* Senatores, Μάστροι dicti Heſychius. Μάστροι, παρὰ Ῥοδίοις βουλευτῆρες. *Maſtri, apud Rhodios ſenatores.*

CAP. XX.

Rhodiorum mores. Gravitas in incessu. Tonsura; ac lex de eâ, etsi minimè observata: tum vestitus, calceique; Modestia, in spectandis ludis. Alexidis Comici fabula, Ῥόδιος, ἢ Πεπαυζοῦση. Philemonis Ῥόδιαι. Modestia, etiam in conviviis: & universim, mores omnes, quasi vetere Græciâ digni. Luxus tamen, in struendis ædificiis, & conviviis apparandis: tum propensio in amores: unde ipsi, Cyrenæi albi dicti; Rhodus verò, urbs procorum. Bellicosi nihilominus, nauticæque rei gnavi, supra cæteros: ac deficiente sparto, funes faciunt è mulierum capillis. Solertia denique; quâ inveniunt celocem, statuasque; quas & vinciunt, ne fugiant. Palmam quomodo curaverint: tum & fecerint cerussam, atque æruginem.

Ac nunc mores Rhodiorum, inde leges, memorabimus. Gravitatem in incessu, prædicat Dion Chrysostomus, in Rhodiacâ. Τοιγάρτοι καὶ τὰ τοιαῦτα ὑμῶν ἐπαίνου τυγχάνει, καὶ γιγνώσκεται παρὰ πᾶσιν, οὐχ ὡς μικρά· τὸ βάδισμα, ἡ κουρά, τὸ μηδένα σοβεῖν διὰ τῆς πόλεως, ἀναγκάζεσθαι δὲ διὰ τὴν ὑμετέραν συνήθειαν, καὶ τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους καθεστῶτας πορεύεσθαι. *Quamobrem & talia vobis laudem parant, cognoscunturque ea apud omnes, ceu non parva: incessus, tonsura, & quod memo in urbe de viâ submoveat, cogantur verò agentes illic peregrini vestro more compositè incedere.* Ubi observa, etiam tonsuram illos sibi propriam habuisse: lexque erat, ne quis raderetur; quanquam haud semper observata, ut sequenti capite dicam. Atque de incessu quidem, iterum eundem prædicat, Orat. XXXII. Ἴστε Ῥοδίους, ἐγγὺς οὕτως ὑμῶν ζῶντας ἐν ἐλευθερίᾳ, καὶ μετὰ πάσης ἀδείας· ἀλλὰ παρ' ἐκείνοις, οὐδὲ τὸ δραμεῖν ἐν τῇ πόλει δοκεῖ μέτριον, ἀλλὰ καὶ τῶν ξένων ἐπιπλήττουσι τοῖς εἰκῇ βαδίζουσι. *Novistis Rhodios, ita prope vos viventes in libertate, cum securitate omni, sed apud illos, neque currere in civitate modestum videtur, sed & peregrinos increpant temerè incedentes.* Laudat etiam vestitum, modicumque valde in eo usum purpuræ, ac mensuram, veluti præscriptam lege, in citatâ jam Rhodiacâ. Ἔτι πρὸς τούτοις, τῆς ἐσθῆτος ὁ τρόπος, ὡς

αὐ

αὖ τινι γελοῖον φανὲν τῆς πορφύρας τὸ μέτρον. *Ad hæc accedit & vestitus modus, ut ridicula cuipiam videatur purpuræ mensura.* Quin peculiaribus quoque calceis videntur usi: meminitque eorum Pollux, lib. VII. cap. xxij. & Hesychius, in Ῥόδια. Ludos spectabant, non cum strepitu, & applausu, uti alii, sed silentio. Dion, ibidem. τὰ φανερώτερα ἤδη, τὸ μεθ' ἡσυχίας θεωρεῖν, ὁ ποππυσμός. *Jam & illa manifestiora, spectare cum silentio, est applausus.* Olim tamen non videtur sic fuisse, cum Alexis singulari Rhodios Comœdiâ persequeretur, & inscriberet, Ῥόδιος, ἢ Ποππύζουσι: citaturque ab Athenæo, lib. X. Et Philemonis etiam comœdia fuit, cui titulus, Ῥόδιαι: meminitque ejus Pollux, lib. X. cap. xxxj. Modestiam quoque in conviviis idem laudat alterâ Oratione ad Alexandrinos quæ est XXXII. Διαφέρουσι μέντοι περὶ ταῦτα πάντα· αὐτίκα ἐσιώμενοι πρῶτον. οἱ μὲν, (Ῥόδιοι,) οὔτε ἀμαθῶς, οὔτε ἀπρεπῶς διάγουσιν, ἀλλ' εὐσχημόνως ἅμα καὶ προσηνῶς, εὐωχίας, οὐ παροινίας, ἄρχοντες· φιλοφρονούμενοι τοὺς συνόντας, οὐ θρασυνόμενοι πρὸς αὐτούς. *Differunt inter se omnibus, & primùm quidem convivando. nam hi quidem, (Rhodii,) nec inscitè, neque indecenter, agunt; sed honestè pariter, & mansuetè, convivium, non vinolentiam, auspicantes: eos, qui unà sunt, amicè compellantes, neque ullo in ipsos fastu utentes.* Denique antiquos universim mores, & verè Græcos, prædicat in Rhodiacâ. Ταῦτα πάντα σεμνὴν τὴν πόλιν ποιεῖ. διὰ ταῦτα, τῶν ἄλλων διαφέρειν δοκεῖτε· ἐπὶ τούτοις ἅπασι θαυμάζεσθε, ἀγαπᾶσθε· τῶν λιμένων, τῶν τειχῶν, τῶν νεωρίων, μᾶλλον ὑμᾶς κοσμεῖ τὸ ἐν τοῖς ἔθεσιν ἀρχαῖον, καὶ Ἑλληνικόν. *Hæc omnia venerandam urbem faciunt; propter ista alios excellere videmini: in his omnibus admirationi estis, & amamini, magisque quàm portus, mœnia, navalia, ornant vos antiqui mores, & verè Græci.* Luxum tamen eorum, in ædificiis, & conviviis instruendis, taxat Plutarchus, lib. De cupiditate divitiarum. Τοὺς μὲν οὖν Ῥοδίους ὁ Στρατόνικος ἐπέσκωπτεν εἰς πολυτέλειαν· οἰκοδομεῖν μὲν, ὡς ἀθανάτους, λέγων· ὀψωνεῖν δὲ, ὡς ὀλιγοχρονίους. *Stratonicus Rhodios taxans propter luxum, ajebat, ædificare eos, tanquam immortales forent; contrà verò obsonari, ceu victuros brevi tempore.* Et amoribus deditos, Anacreon innuit, cùm inquit:

Πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν θὲς,
Καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους.
Ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου
Θὲς ὁρμαθοὺς ἐρώτων,
Ἀχαΐης γάρ ἐστιν,
Ὅπου καλαὶ γυναῖκες
Τίθει δὲ Λεσβίους μοι,
Καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων,
Καὶ Καρίης, Ῥόδου τε,
Δισχιλίους ἔρωτας.
Primùm quidem ex Athenis
Viginti habes amores,
His quindecim ſed adde.
Deinde pone amorum
Agmen Corinthiorum,
Achaiæ eſt Corinthus,
Formoſæ ubi puellæ.
Jam Lesbios referto
Nobis, Jonas uſque:
Et Cariam, Rhodumque:
Bis mille ſunt amores.

Ab hâc cauſſâ Rhodios ille olim albos Cyrenæos, & procorum urbem Rhodum, dixit, teſte Athenæo, lib. VIII. Τοὺς Ῥοδίους ἐκάλει λευκοὺς Κυρηναίους, καὶ τὴν Ῥόδον, μνηστήρων πόλιν. *Rhodios verò, vocabat Cyrenæos albos; ac Rhodum, procorum urbem.* Erant tamen bellicoſi, & inprimis rei nauticæ, ſuprà memoravi, peritiſſimi. Quin & funditores boni: meminitque & Thucydides, lib. VI. Καὶ σφενδονήταις Ῥοδίων ἑπτακοσίοις. *Et funditoribus Rhodiorum ſeptingentis.* Pertinetque ad gloriam bellicam, quod, deficiente ſparto, funes è mulierum capillis fecerint. Frontinus, Strateg. lib. I. cap. vij. *Carthaginenſium duces, inſtructuri claſſem; quia ſparto deficiebantur, crinibus tonſarum mulierum ad funes efficiendos uſi ſunt. Idem Maſſilienſes, & Rhodii, fecerunt.* Huc reſpexit Ariſtides, in Rhodiacâ. Καὶ πάλαι μὲν τὰ τῶν γυναικῶν ἀποκειραμένων μηχανήματα

νήματα ἐδείκνυτε τοῖς ἐπιδημοῦσι· καὶ θαυμαστὸν ἦν. *Et olim quidem è detonſis mulieribus quæ paraſſetis oſtendebatis, idque admirandum erat.* Mirum itaque, cur *Imbelles* eos dicat Juvenalis, Sat. VIII.

Forſitan imbelles Rhodios, unctamque Corinthum.

Solertes admodum fuiſſe, illud manifeſtum facit, quod celocem primi invenerint. Plinius, lib. VII. cap. LVI. *Onerariam Hippus Tyrius invenit, lembum Cyrenenſes, cymbam Phœnices, celocem Rhodii.* Invenere & ſtatuariam. Scholiaſtes Pindari, Olymp. Od. VII. Ἄριστοι γὰρ περὶ τὴν τῶν ἀνδριάντων κατασκευὴν οἱ Ῥόδιοι. αὐτοὶ γὰρ πρῶτοι τὴν τῶν ἀνδριάντων ἐξεῦρον δημιουργίαν. *Optimi ſtatuarum artifices erant Rhodii: ac primi artem faciendarum invenerunt.* Demetrius Triclinius, ad eandem Oden. Οἱ Ῥόδιοι οὕτως ἄριστοι ἀνδριαντοποιοὶ ἦσαν, ὡς ζῶσιν ἐοικότας ἀνδριάντας κατασκευάζειν· καὶ δεσμεῖν αὐτοὺς τοῖς ποσὶν, ὥσπερ δεδοικότας, μὴ, τοῖν ποδοῖν χρησάμενοι φύγοιεν. *Rhodii ita optimi ſtatuarum artifices erant, ut efficerent vivis ſimiles vincerentque earum pedes, ne, illorum adminiculo, fugam caperent.* Palmam quomodo curaverint, diſcere eſt ex Theophraſto, ubi de curatione ejus agit, Hiſt. Plant. lib. II. cap. viij. Δεῖ δὲ ὑδρεύειν εὖ μάλα μετὰ κόπρου, καθάπερ οἱ ἐν Ῥόδῳ. *Aquæ tamen fimum miſceri admodum oportet, ſicut Rhodii facere ſolent.* Ceruſſam etiam, & æruginem, quomodo fecerint, Vitruvius docet, lib. VII. cap. xij. *De ceruſſâ, æruginequе quam noſtri ærucam vocant, non eſt alienum, quemadmodum comparetur, dicere. Rhodii enim in doliis ſarmenta componentes, acetum ſuffundunt, & ſupra ſarmenta plumbeas maſſas collocant: deinde dolia operculis obturant, ne ſpiramentum obturata emittant. poſt certum tempus aperientes, inveniunt è maſſis plumbeis ceruſſam. Eâdem ratione, lamellas æreas collocantes, efficiunt æruginem, quæ æruca appellatur.*

CAP. XXI.

Lex, ne quisquam raderetur: etsi minimè observata. Altera, ut filius solveret patris debita, etsi bonis ejus renuntiaret. Tertia, ne intrà urbem carnifex habitaret: neve homicidii judicia intrà eandem haberentur. Quarta, nautica, tum & jus navale totum, quo Romani etiam usi, nisi quatenus leges suæ adversæ essent. Alia quædam, in quâ hædi, culmos satorum depasti, Διακαλαμάσαρκες *dicebantur.*

Leges paucæ memorantur ab Auctoribus: quarum una, ne quis raderetur, erat: quanquam minimè observata. Athenæus, lib. XIII. Ἐν Ῥόδῳ δὲ νόμου ὄντος, μὴ ξύρεσθαι, οὐδ' ὁ ἐπιληψόμενος οὐδείς ἐστι, διὰ τὸ πάντας ξύρεσθαι. *Cùm lex sit Rhodi, ne quis radatur, non est tamen aliquis qui reprehendat, siquidem raduntur omnes.* Altera erat, uti filius debita paterna solveret, quamlibet renuntiaret bonis patris. Sextus, Pyrrhon. Hypotyp. lib. I. Παρὰ μὲν τοῖς Ῥωμαίοις, ὁ τῆς πατρῴας ἀποστὰς οὐσίας, οὐκ ἀποδίδωσι τὰ τοῦ πατρὸς χρέα· παρὰ δὲ τοῖς Ῥοδίοις, πάντως ἀποδίδωσι. *Apud Romanos quidem, qui paternis bonis renuntiat, non persolvit patris debita: apud Rhodios verò, omninò persolvit.* Tertia, ne carnifex intraret urbem. Dion Chrysostomus, in Rhodiacâ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ὑμεῖς, ἄνδρες Ῥόδιοι, τοιοῦτον οὐδὲν ὑπομείναιτε· παρ' οἷς νόμος ἐστὶ, τὸν δημόσιον μηδέποτε εἰσελθεῖν τὴν πόλιν. *Sed non vos, viri Rhodii, tale quicquam toleratis, apud quos lex est, ne unquam carnifex ingrediatur civitatem.* Immò nec judicia cædis intrà urbem dare licitum. Aristides, in suâ Rhodiacâ. Καὶ πρότερον μὲν, ὦ Ζεῦ, τὰς φονικὰς δίκας ἔξω πυλῶν ἐδικάζετε, ὡς οὐδὲ καταψηφίσασθαι θάνατον ἐντὸς τείχους εὐσεβῶς ἔχον ὑμῖν. *Ac primum quidem, ô Jupiter, cædis judicia extra portas peragebatis, quasi neminem intrà mœnia damnare capitis piè possetis.* Meminit cujusdam legis Tertullianus, adversus Marcionem, lib. III. *Scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, sed Pontica, caverat.* Intelligit nempe legem navalem. Isidorus, Orig. lib. V. cap. xvij. *Rhodiæ leges navalium commerciorum sunt, ab insulâ Rhodo cognominatæ, in quâ antiquitus mercatorum fuit usus.* Quæ totidem verbis transcripsit Gratianus,

De-

Decret. Part. I. Diſtinct. II. Et erant leges Rhodiorum navales plurimæ: quas Romani Imperatores, Auguſtus, & Antoninus, ratas eſſe voluere, quatenus Romanis legibus minimè adverſarentur. Voluſius Marcianus, in l. Ἀξίωσις. D. De lege Rhodiâ. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι· ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν ᾧ μή τις τῶν ἡμετέρων ἐναντιοῦται νόμων. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν. *Antoninus dixit Eudæmoni Ego quidem mundi dominus, lex verò maris lege Rhodiorum nauticâ judicetur, ubi nulla noſtrarum legum adverſatur. Hoc ipſum quoque diviniſſimus Auguſtus ſanxit.* Conſtantinus Harmenopulus, lib. II. Tit. XI. Τὰ ναυτικὰ πάντα, καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κρίνεται, Ροδίῳ τέμνεται νόμῳ, καὶ κατὰ τοὺς Ροδίους δικάζεται νόμους· ὅταν μὴ ἄλλος νόμος ἐναντιούμενος τοῖς τῶν Ροδίων νόμοις εὑρίσκηται. εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν Ροδίων νόμοι τῶν ἄλλων ναυτικῶν νόμων παλαιγενέστεροι. *Nautica omnia, & quæ in mari controverſiæ incidunt, lege Rhodiâ deciduntur, & ex præſcripto legum Rhodiarum diſceptantur, ac judicantur, ubi nulla alia lex exſtiterit, legibus Rhodiorum adverſa. Sunt enim Rhodiorum leges omnium nauticarum legum antiquiſſimæ.* Habemus capita quædam hujus legis apud Julium Paulum, Recept. Sent. lib. II. Tit. VII. & Baſilicorum, lib. LIII. Totum verò jus navale Rhodiorum repræſentat vir inſignis, Joannes Leunclavius, in præclaro illo Opere Juris Græco-Romani, ad ſecundi Tomi finem. Illic videat, qui volet. Erat & lex quædam incerta; in quâ hœdi, culmos ſatorum depaſti, Διακαλαμόσαρκες appellabantur. Heſychius. Διακαλαμόσαρκες. παρὰ Ροδίοις ἔριφοι οὕτως εἴρηνται ἐν νόμῳ τινὶ, οἱ τὴν καλάμην τῶν σπερμάτων ἐπιβεβοσκημένοι. *Diacalamoſarces. Ita apud Rhodios dicti in lege quâdam hœdi, culmos ſatorum depaſti.*

CAP. XXII.

Seditio ingens: quâ ejecti Dorieus, & Piſidorus, Olympionicæ: Thurii renuntiati per præconem, cùm viciſſent, quod ad hoc ſe contuliſſent. Quando verò illa acciderit, & quàm diu in exilio Dorieus ſuo egerit, inquiſitum. Defectio ab Athenienſibus ad Lacedæmonios; à quibus cùm bello ſtatim peterentur, triginta duo talenta dare Peloponneſiis

ſunt

ſunt coacti. Hinc deficiunt rurſus ad Athenienſes: & ab illis iterum ad Lacedæmonios. In Elide ſoluta mulcta Jovi Olympio, propter fraudem palæſtritæ.

In hoc fine verò libri, miſcellanea memorare quædam libet. Aliquando maximâ ſeditione divexata Rhodus fuit. Meminit Diodorus Siculus, in rebus geſtis Olympiadis XCII, anni III. Verba iſta, lib. XIII. κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Δωριεὺς ὁ Ῥόδιος, ναύαρχος ὢν τῶν ἐξ Ἰταλίας τριηρῶν, ἐπειδὴ κατέστησε τὴν ἐν Ῥόδῳ ταραχὴν, ἐξέπλευσεν ἐφ' Ἑλλήσποντον. *In Græciâ Dorieus Rhodieus, triremium Italicarum præfectus, cùm tumultum Rhodi ortum compoſuiſſet, navigio Helleſpontum petiit.* Quin ejectum tunc è Rhodo Dorieum ac pòſt itidem reverſum, ut Diodorus, refert etiam Pauſanias, Eliac. lib. II. Ἀναγορεύοντο δὲ οὗτός τε (ὁ Δωριεὺς) καὶ ὁ Πεισίδωρος Θούριοι, διωχθέντες ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν ἐκ τῆς Ῥόδου, καὶ εἰς Ἰταλίαν παρὰ Θουρίους ἀπελθόντες. χρόνῳ δὲ ὕστερον κατῆλθεν ὁ Δωριεὺς ἐς Ῥόδον. *Hic verò (Dorieus,) & Piſidorus, præconis voce renuntiati ſunt Thurii, quòd illi, Rhodo à factione pulſi, ad Thurios in Italiam commigraſſent. Poſteà autem Dorieus Rhodum rediit.* In quod tempus verò inciderit hic tumultus, eſt incertum. Et neceſſe, ante victorias Olympias accidiſſe; quarum prima Olympiade octogeſimâ ſeptimâ fuit: vixeritque Dorieus in hoc exilio annos quinque & vingiti, circiterve. Mox, ſecuto bello Peloponneſiaco, cùm Athenienſium ſequuta partes Rhodus eſſet, profligatis horum rebus, poſt acceptam in Siciliâ cladem maximam, tranſiit ad Lacedæmonios. Thucydides, lib. VIII. Πλεύσαντες οὖν εὐθὺς (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι ἐκ τῆς Κνίδου, καὶ προσβαλόντες Καμίρῳ τῆς Ῥοδίας πρώτῃ ναυσὶ τέσσαρσι καὶ ἐνενήκοντα, ἐξεφόβησαν μὲν τοὺς πολλοὺς, οὐκ εἰδότας τὰ πρασσόμενα, καὶ ἔφευγον, ἄλλως τε καὶ ἀτειχίστου οὔσης τῆς πόλεως· εἶτα ξυγκαλέσαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι τούτους τε καὶ τοὺς ἐκ τῶν δυοῖν πόλεοιν Λίνδου τε καὶ Ἰηλυσοῦ Ῥοδίους, ἔπεισαν ἀποστῆναι Ἀθηναίων. καὶ προσεχώρησε Ῥόδος Πελοποννησίοις. *Profecti igitur protinus (Lacedæmonii) eâdem hieme ex Cnido, cùm ad Camirum, oræ Rhodiæ primam urbem, appuliſſent navibus nonaginta quatuor, multis, rerum, quæ gererentur, ignaris, terrorem injecerunt, ita ut profugerent urbe, alias quoque muris carente.*

Qui-

Quibus posteà Lacedæmonii convocatis, & duarum item urbium, Lindi Jalysique, civibus suasere, ut deficerent ab Atheniensibus: & accessit Rhodus ad Peloponnesios. Et hæc est illa defectio de quâ loquitur Diodorus, etsi Rhodiis non disertè nominatis, lib. XIII. Ἐπὶ δὲ τούτων, Ἀθηναίων περὶ Σικελίαν ἐπταικότων, συνέβη τὴν ἡγεμονίαν αὐτῶν καταφρονηθῆναι. εὐθὺς γὰρ Χῖοι, καὶ Σάμιοι, καὶ Βυζάντιοι, καὶ πολλοὶ τῶν συμμάχων, ἀπέστησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. *Hoc tempore, Atheniensis populi imperium, ob res malè in Siciliâ gestas, contemni cœpit. Statim enim Chii, Samii, Byzantii, multique è sociis, ad Lacedæmonios descivere.* Quo peracto, graviter ab Atheniensibus divexantur; & tributum dant Peloponnesiis talenta duo ac triginta. Thucydides, libro citato. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ταῖς ἐκ τῆς Σάμου ναυσὶν αἰσθόμενοι ἔπλευσαν μὲν, βουλόμενοι φθάσαι, καὶ ἐφάνησαν πελάγιοι· ὑστερήσαντες δὲ οὐ πολλῷ, τὸ μὲν παραχρῆμα ἀπέπλευσαν ἐς Χάλκην, ἐντεῦθεν δ' ἐς Σάμον· ὕστερον δὲ ἐκ τῆς Χάλκης, καὶ ἐκ τῆς Κῶ, καὶ ἐκ τῆς Σάμου τοὺς ἐπίπλους ποιούμενοι, ἐπὶ τὴν Ῥόδον ἐπολέμουν. οἱ δὲ χρήματα μὲν ἐξέλεξαν ἐς δύο καὶ τριάκοντα τάλαντα οἱ Πελοποννήσιοι παρὰ τῶν Ῥοδίων. *Athenienses verò eo tempore, quum id sensissent, antevertere cupientes, Samo navigârunt, & in mari sunt conspecti, verum paulo tardius. itaque confestim Chalcen, & hinc Samum petierunt. tum ex Chalce, Co, & Samo, in Rhodum trajicientes, bellum illi inferebant. Peloponnesii verò triginta duo talenta à Rhodiis exegerunt.* Et id factum, ut est videre apud Diodorum, Olympiadis nonagesimæ secundæ anno primo. Verùm, fidei inconstans, iterum, expulsis posteà Lacedæmoniis, ad Athenienses transit Olympiadis nonagesimæ & sextæ anno primo. Diodorus in illius anni rebus, lib. XIV. μετὰ δὲ ταῦτα Κόνων μὲν, ἀθροίσας ὀγδοήκοντα τριήρεις, ἔπλευσεν εἰς Χερρόνησον. Ῥόδιοι δὲ, ἐκβαλόντες τὸν τῶν Πελοποννησίων στόλον, ἀπέστησαν ἀπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ τὸν Κόνωνα προσεδέξαντο μετὰ τοῦ στόλου παντὸς εἰς τὴν πόλιν. *Post hæc Conon, cùm triremes octoginta coëgisset, trajicit in Chersonesum. Rhodii verò, classe Peloponnesiorum ejectâ, à Lacedæmoniis deficiunt, & Cononem cum totâ claße in urbem recipiunt.* Huc Pausaniæ illa pertinent, Eliac. lib. II. Εἶναι μὲν τηνικαῦτα ἐν Καύνῳ τῷ βασιλέως ναυτικὸν, καὶ Κόνωνα ἐπ' αὐτῷ στρατηγόν· Ῥοδίων τε τὸν δῆμον, πεισθέντα ὑπὸ τοῦ Κόνωνος, ἐπὶ Λακεδαιμονίων

μεταβαλέσθαι σφᾶς ἐς τὴν βασιλέως, καὶ Ἀθηναίων συμμαχίαν. *Esse quidem tunc in Cauno classem regiam, ac Cononem huic præfectum: Rhodiosque, à Conone persuasos, à Lacedæmoniis se transtulisse in Atheniensium societatem, atque regis.* Sed nec ita sibi constitit: & defecit rursum ab Atheniensibus, Olympiadis nonagesimæ septimæ secundæ anno. Diodorus, in ejusdem anni rebus, libro anteà citato, XIV. Οἱ λακωνίζοντες τῶν Ῥοδίων, ἐπαναστάντες τῷ δήμῳ, τοὺς τὰ τῶν Ἀθηναίων φρονοῦντας ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως. *Rhodii, Lacedæmoniis addicti, cives, qui Atheniensium partes fovebant, urbe expulerunt.* In Elide verò Jovi Olympio multæ nomine signum quoddam collocârunt, ob commissam à luctatore quodam fraudem. Pausanias, Eliac. lib. I. Τῶν δὲ κατειλεγμένων τὰ ἐφεξῆς ἀγάλματα, δύο μέν ἐστιν ἀριθμόν· ἀνετέθη δὲ ἐπιτιθείσης παλαισταῖς ἀνδράσι ζημίας. οἵ τινες δὲ ἐκαλοῦντο, ἐμέ τε καὶ τοὺς Ἠλείων λέληθεν ἐξηγητάς. ἐπιγράμματα μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς ἀγάλμασιν ἔπεστι. λέγει δὲ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν, ὡς τῷ Ὀλυμπίῳ Διῒ Ῥόδιοι χρήματα ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀδικίας ἐκτίσαιεν παλαιστοῦ. *Eorum verò, quæ retulimus, duo signa, quæ sequuntur, de multâ palæstritarum sunt dicata. verùm nomina non me tantùm, sed antiquitatum quoque interpretes Eleorum ipsos, fugiebant. Habent verò suas quoque signa hæc inscriptiones: ac testatur prima earum, Rhodios Olympio Jovi viri palæstritæ injuriam ære luisse.*

JOAN-

JOANNIS MEURSI

RHODI,

SIVE,

De illius insulæ, atque urbis, rebus memoratu dignis,

LIBER II.

CAP. I.

Apollinis Erythibii templum. Mercurius Ἐπιπολιαῖος. Παγλάδια, *festum. Magna ossa.* Σμίνθια: *& de iis Opus Philomnesti, sive Philodemi. Cyperus. Uva, Hipponia appellata; atque vinum. Copta. Unguentum crocinum. Salis fossæ juxta mare. Ostrea, in cæno nata. Galeus. Ficus: & caricæ,* Βελγινδαεῖδες *nuncupatæ. Persica, tantum efflorescens, cætera sterilis. Panis escharites. Helenium. Terra ampelitis, bitumini mixta. Pisces: & in istis, helops. Mella. Creta. Glutinum. Marmor. Pix.*

Nunc res urbis, insulæque, quæque illic singularia, videamus; ac promiscuè, prout quæque sese offerent, enarremus. Erat in incerto quodam insulæ loco Apollinis Erythibii templum. Strabo, lib. XIII. Ῥόδιοι δὲ, Ἐρυθιβίου Ἀπόλλωνος ἔχουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ἱερόν. *Rhodii in suâ regione habent Erythibii Apollinis templum.* Memoratque idem Eustathius, ad Iliad. ά.

Colebatur & Mercurius, Ἐπιπολιαῖος cognomento. Hesychius. Ἐπιπολιαῖος, Ἑρμῆς ἐν Ῥόδῳ, ὡς Γόργων ἱστορεῖ. *Epipoliæus, Mercurius Rhodi, ut refert Gorgon.*

Festum quoque ipsis erat, quando vitis secaretur: quod παγλάδια appellabant. Hesychius. παγλάδια, ἑορτὴ παρὰ Ῥοδίοις, ὅταν ἡ ἄμπελος τμηθῇ. *Pagladia, festum apud Rhodios, cùm vitis secaretur.*

Taurum Jovis, gnarum humani sermonis, refert Cyrillus, contra Julianum, lib. III. *Quin & Isigonus Cittiensis in Rhodo insulâ dicit Jovis taurum sermonis nostri non fuisse expertem.*

Magna quædam ossa memorat Phlegon, Mirab. cap. XVI. καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥόδῳ ἢ παρειλήφαμεν ὀστᾶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ὡς παραβαλλομένους αὐτοῖς νῦν ἀνθρώπους πολὺ καταδεεστέρους εἶναι. *Sed & Rhodi accepimus ossa esse tantæ magnitudinis, ut cum iis comparati nostri homines multò sint minores.*

Locus erat, Σμίνθια dictus, Rhodi pariter, & Lindi. Strabo, lib. XIII. Καὶ ἐν τῇ Παριανῇ δ' ἐστὶ χωρίον, τὰ Σμίνθια καλούμενον· καὶ ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Λίνδῳ. *Et in agro Pariano locus est, Sminthia dictus: etiam Rhodi, & Lindi.* Ac de loco ejus nominis, qui Rhodi erat, opus singulare scripsit Philomnestus; cujus meminit Athenæus, lib. III. sive ille est Philodemus, ut postea nominatur apud eundem, lib. X.

Cyperus. Plinius, lib. XXI. cap. xviij. *Laus cypero prima Hammoniaco, secunda Rhodio.*

Uva Rhodia, Plinio commemoratur, lib. XIV. cap. iij. *At nondum dictæ, Ægia, & Rhodia, & uncialis, velut à pondere acini.* Athenæus, lib. XIV. Λυγκεὺς δ', ἐν τῇ ἐπιστολῇ πρὸς Διαγόραν, ἐπαινῶν τὸν κατὰ τὴν Ἀττικὴν γινόμενον Νικοστράτειον βότρυν, καὶ ἀντιθεὶς αὐτῷ τοὺς Ῥοδιακούς, φησιν. *Lynceus, in Epistolâ ad Diagoram, uvam Nicostratiam laudans, quæ in Atticâ provenit, Rhodiacasque ipsi opponens, inquit.* Hesychius. Ῥόδια, ὑπόδημα ἀνδρεῖον, καὶ ἀμπέλου εἶδος. *Rhodia, calceus virilis, & vitis genus.* Virgilius, Georg. lib. II.

Non ego te mensis, & diis, accepta secundis
Transierim Rhodia, & tumidis bumaste racemis.

Meminit etiam Macrobius, Sat. lib. II. cap. xvj. Galenus, De comp. med. sec. loca, lib. VII. Dicebatur autem uva Hipponia: ut est videre in ipsius Lyncei verbis, quæ citato statim loco ab Athe-

Athenæo proferuntur. Eodem modo etiam vinum memoratur. Plinius, lib. XIV. cap. viij. *Rhodium, (vinum,) Coo simile est.* Athenæus, lib. I. Τιμαχίδας δ' ὁ Ῥόδιος, ὑπόχυτον ἴνα οἶνον ἐν Ῥόδῳ καλεῖ, παραπλήσιον τῷ γλυκεῖ. Πολύζηλος δ', αὐτίτην καλεῖν οἶνον ἐν Ῥόδῳ. Theodorus Prodromus, De Am. Dos. & Rhod. lib. II.

Ἄλλοι τὸν οἶνον ηὐλόγουν τὸν ἐν Ῥόδῳ,
Ὡς ἡδὺν εἰς ὄσφρησιν, ἡδὺν εἰς πόσιν.
Alii vinum laudabant Rhodium,
Ut suave odore, suave potu.

Mentio item ejus est apud Galenum, De comp. med. sec. loc. lib. I. &, De comp. med. sec. gen. lib. VII.

Copta. Martialis, lib. XIV. Epigramm. LXVIII.

Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam quam tibi misit, edat.

Unguentum Crocinum. Plinius, lib. XIII. cap. i. *Crocinum, (unguentum,) in Solis Ciliciæ diu maximè laudatum, mox Rhodi.* Athenæus, de unguentis agens, lib. XV. Κρόκινον δ', ἐν Σόλοις τοῖς Κιλικίοις, καὶ ἐν Ῥόδῳ. *Crocinum verò, in Solis Ciliciis, & Rhodi.*

Salis fossæ juxta mare, tractu temporis repleri solitæ. Strabo, lib. V. Τοῦτο δ' δὴ παράδοξον ἡ νῆσος ἔχει, καὶ τὸ, τὰ ὀρύγματα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῷ χρόνῳ τὰ μεταλλευθέντα, καθάπερ τοὺς πλαταμῶνάς φασι τοὺς ἐν Ῥόδῳ. *Cùm id planè inopinatum habet insula, tum quòd fossæ, unde metalla sunt eruta, rursum tractu temporis implentur; quod ipsum de salis fossis, juxta mare sitis, quæ sunt Rhodi, memoratur.*

Ostrea, ibi aliquando nata refert Aristoteles, De Gen. Anim. extremo III. Περὶ Ῥόδον παραβαλόντος ναυτικοῦ στόλου, καὶ ἐμβληθέντων κεραμίων εἰς τὴν θάλασσαν, χρόνου γινομένου, καὶ βορβόρου περὶ αὐτὰ συναλισθέντος, ὄστρεα εὑρίσκοντο ἐν αὐτοῖς. *Cùm Rhodum classis appulisset, jactæque in mare essent testæ, tractu temporis, coacervato circa illas luto, ostrea reperta in illis.*

Galeus. Athenæus, lib. VII. Ἀρχέστρατος δ', ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλῳ ζήσας βίον, περὶ τοῦ ἐν Ῥόδῳ γαλεοῦ λέγων, &c. *Archestratus verò, qui eandem cum Sardanapalo vitam egit, de galeo Rhodio verba faciens*, &c.

Ficus. Plinius, lib. XV. cap. xviij. *Nigra & Rhodia (ficus) est,*

& Tiburtina de præcocibus. Meminit earum quoque Columella, lib. V. cap. x. & Athenæus, ex Epistolâ Lyncei Samii ad Diagoram, lib. III. Inprimis verò memorabantur caricæ, Βεργινδαρίδες appellatæ. Estque de iis videre in fragmento ejusdem Lyncei, apud eundem Athenæum, lib. XIV.

Persica, Efflorescebat tantùm, cætera sterilis. Theophrastus, Hist. Plant. lib. III cap. v. Μεγάλη δὲ διαφορὰ πρὸς καρπὸν, καὶ ἀκαρπίαν, καὶ ἡ τῶν τόπων φύσις. ὥσπερ ἐπί τε τῆς Περσίας ἔχει, καὶ τῶν φοινίκων. ἡ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καρποφορεῖ, καὶ εἴ πού τῶν πλησίων τόπων, ἐν Ῥόδῳ δὲ μέχρι τοῦ ἀνθεῖν μόνον ἀφικνεῖται. *Discrimen verò ad fœcunditatem, sterilitatemque, summum in locorum est naturâ; ut in Persicâ, ac palmis. Et hæc quidem in Ægypto, proximisque illi locis, fructum fert; in Rhodo verò, tantùm pervenit ad florem.* Plinius, lib. XV. cap. xiij. *Persicæ arbores serò, & cum difficultate, transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quòd primùm ab Ægypto earum fuerat hospitium.* Et lib. XVI. cap. xxvj. *Persicæ arbores in Rhodo florent tantùm.*

Panis escharites. De eo videndum, quæ Lynceus Samius scribat, in Epistolâ ad Diagoram, cujus fragmentum istuc pertinens, est videre apud Athenæum, lib. III.

Helenium. Ptolemæus Hephæstionis, apud Photium, Hist. Novæ, lib IV. Περὶ τοῦ Ἑλενείου βοτάνης, ἣ ἐν Ῥόδῳ φύεται. *De Helenio herbâ, quæ in Rhodo nascitur.*

Terra ampelites, bitumini mista. Strabo, lib. VII. Λέγει δ' ἐκεῖνος, (ὁ Ποσειδώνιος,) καὶ τὴν ἀμπελῖτιν γῆν ἀσφαλτώδη, τὴν ἐν Σελευκίᾳ τῇ Πιερίᾳ μεταλλευομένην, ἄκος τῆς φθειριώσης ἀμπέλου· χρισθεῖσαν γὰρ μετ' ἐλαίου, φθείρειν τὸ θηρίον, πρὶν ἐπὶ τοὺς βλαστοὺς τῆς ῥίζης ἀναβῆναι. τοιαύτην δ' εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ῥόδῳ, πρυτανεύοντος αὐτοῦ, πλείονος δ' ἐλαίου δεῖσθαι. *Refert verò ille, (Posidonius,) terram ampeliten bituminosam, quæ in Seleuciæ Pieriâ effoditur, remedium esse adversus vitis pediculos: quippe, illitam cum oleo, exstinguere vermem, priusquàm à radice ad germen perveniat. sed & talem esse in Rhodo repertam, se prytane, quæ tamen plus olei requireret.*

Piscium illic magna omninò copia erat. Athenæus, lib. VIII. Ἐπεὶ δὲ Ῥοδιακῶν ἱστοριῶν ἐμνήσθημεν, ἰχθυολογήσων καὶ αὐτὸς ὑμῖν, ἔρχομαι ἀπὸ τῆς καλῆς Ῥόδου, ἣν εὔιχθυν εἶναί φησιν ὁ ἥδιστος Λυγκεύς. *Quandoquidem*

verò

verò Rhodiarum historiarum mentionem fecimus, etiam de piscibus sermonem vobis habiturus venio ex pulcrâ Rhodo, quam suavissimus Lynceus piscibus benè instructam inquit. Huc pertinent illa Æliani, Var. Hist. lib. I. cap. xxviij. Ἀλλ' ἔγωγε ὑμῖν ἐθέλω εἰπεῖν Ῥοδίων δόξαν. Ἐν Ῥόδῳ, φασὶ, τὸν μὲν εἰς τοὺς ἰχθῦς ὁρῶντα, καὶ θαυμάζοντα αὐτοὺς, καὶ ὄντα τῶν ἄλλων τὸν ὀψοφαγίστατον, ἀλλὰ τοῦτόν γε ὡς ἐλευθέριον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπαινεῖσθαι. *Ego verò Rhodiorum opinionem memorare vobis cupio. In Rhodo, ajunt, si quis pisces intueatur, atque eos admiretur, & eorum quoque esu supra alios delectetur, eum prædicant ut ingenuum populares.* Ac præcipuè helops illic memoratur. Varro, in fragmento, Περὶ ἐδεσμάτων. *Pavus è Samo, Phrygia attagena, grues Melicæ, hædus ex Ambraciâ, Pelamis Chalcedonius, muræna Tartessia, aselli Pessinuntii, ostrea Tarentina, pectunculus Chius, helops Rhodius, scari Cilices, nuces Thasiæ, palma Ægyptia, glans Iberica.* Meminit quoque Lynceus Samius, in Epistolâ ad Diagoram, apud Athenæum, lib. VII.

Mel. Chion, in citatâ paulo antè epistolâ. Ἐκόμισέ μοι Φαίδιμος ταρίχου Ῥοδίου, καὶ μέλιτος, ἀμφορέας πέντε. *Attulit mihi Phædimus salsamenti Rhodii, & mellis, amphoras quinque.* Sosipater Charisius, Gramm. Instit. lib. I. *Sed ad genus referuntur, ut mella; ut sint multæ species, quasi locale: ut Atticum, Rhodium.* Quanquam sanè mel ex Atticâ Hymettium deportari illic solitum referat nobis Theophrastus, in Charact. Eth. Καὶ ἀγοράζει αὐτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπιστάλματα· καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον, καὶ μέλι Ὑμήττιον εἰς Ῥόδον. *Et emit sibi quidem nihil, sed quæ peregrinis Byzantium mittat: nempe Laconicas canes Cyzicum, mel Hymettium verò Rhodum.*

Creta. Plinius, lib. XXIV. cap. 1. *Similis vis Rhodiæ cretæ, & argillæ nostratis.*

Glutinum. Dioscoridos, lib. III. cap. ci. Κόλλα, ἣν ἔνιοι ξυλοκόλλαν καλοῦσι, ἢ ταυροκόλλαν, καλλίστη ἐστὶν ἡ Ῥοδιακή. *Glutinum, quod xylocollam, aut taurocollam, appellant, præstantissimum est Rhodiacum.*

Marmor. Plinius, lib. XXXVII. cap. x. *Lysimachus Rhodio marmori similis est, aureis venis.*

Pix

Pix. Didymus, Geopon. lib. VI. cap. v. τὴν πίσσαν οἱ ἀρχαῖοι ἡμῖν παραδεδώκασι καλλίστην εἶναι, τὴν ἀπὸ τῆς Ἴδης· μετὰ ταύτην, τὴν ἐκ Πιερίας· οἱ δὲ, τὴν Ῥόδιαν προκρίνουσι. *Picem veteres tradiderunt optimam ab Idâ eſſe; poſt hanc, quæ eſt è Pieriâ: quidam verò, Rhodiam præferunt.*

CAP. II.

Achates. Aſpalathus. Siliqua ceraunia. Ceruſſa. Ærugo. Spongia. Sycomorum. Pocula: Ῥοδιᾶς, Βομβυλιός, *Neſtorides Dionyſii Thracis, Hedypotides. Ollulæ. Euſtathii locus emendatus. Periſtylium Rhodiacum. Talentum. Aquila nulla illic erat: præter unam, quæ, Tiberio ibi habitante, acceſſit.*

Achates. Plinius, ubi de eâ gemmâ agit, lib. XXXVII. cap. x. *Reperiuntur & in Thraciâ, & circa Oetam, & in Parnaſſo, & in Lesbo, ac Meſſene, & Rhodo.*

Galli magni, & pugnaces. Idem Plinius, de illis agens, lib. X. cap. xxj. *Quidam (galli) ad bella tantùm, & prælia aſſidua, naſcuntur, quibus etiam patrias nobilitârunt, Rhodum, ac Tanagram. Columella, de iiſdem,* lib. VIII. cap. ij. *Quoniam procera corpora, & animos ad prælia pertinaces requirebant, præcipuè Tanagricum genus, & Rhodium, probabant.* Et paulo pòſt. *Tanagrici (galli) Rhodiis, & Medicis, amplitudine pares.* Et ut galli, ſic gallinæ item grandes. Martialis, lib. III. epigramm LVIII.

Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli.

Hoc quoque de illis memorabant; nec ſalaces nimis gallos, nec fœcundas etiam gallinas eſſe. Columella, loco citato. *Rhodii generis, aut Medici, propter gravitatem, neque patres nimis ſalaces, nec fœcundæ matres: quæ tamen ternæ ſingulis maritantur: &, cùm pauca ova poſuerunt, inertes ad incubandum, multoque magis ad excludendum, rarò fœtus ſuos educant.* Ac de gallinis iterum eodem libro, cap. XI. *Nec eſt quod committatur, ut Rhodiæ (gallinæ) ovis pavoninis incubent, quæ ne ſuos quidem fœtus commodè nutriunt.*

Aſpa-

Aspalathus. Dioscorides, lib. I. cap. xix. Plinius, lib. XXV. cap. xiij.

Siliqua Ceraunia. Plinius, lib. XIII. cap. viij. *Similis his siliqua, quam Iones cerauniam vocant, trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliquæ. Ob id quidam Ægyptiam ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Ægypto nascitur, sed in Syriâ, Joniaque, & circa Gnidum, & in Rhodo.*

Ostrum. Vitruvius, lib. VII. cap. xiij. *Quod verò (ostrum) meridianis regionibus excipitur, rubrâ procreatur potestate, & ideò hoc rubrum Rhodo etiam insulâ procreatur.*

Cerussa. Oribasius, Collect. Med. lib. XIII. *Laudatissimam (cerussam) fieri putant Rhodi, aut Corinthi, aut Lacedæmone.* Plinius, lib. XXXIV. cap. xviij. *Psimmythium quoque, hoc est cerussam, plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum, in Rhodo.* Meminit Galenus, De comp. med. sec. gen. lib. I. &, De comp. med. sec. loca, lib. IV. Etiam Dioscorides, lib. V. cap. ciij. Quomodo conficeretur, ex Vitruvio retuli supra, lib. I. cap. xx. Etiam

Ærugo. Vide Vitruvium, lib. VII. cap. xij.

Spongia. Plinius, lib. XXXI. cap. xj. *Medici inscitiâ ad duo nomina eas (spongias) redegere; Africanas, quarum firmius sit robur, Rhodiacasque, ad fovendum molliores.* Marcellus Empiricus, De Medicam. cap. XXXVI. *Spongia quoque Rhodia, vel Africana, mollis ex aquâ frigidâ, apposita juvat.*

Sycomorum. Oribasius, Collect. Med. lib. xij. *Sycomorum copiose nascitur in Cariâ, & Rhodo.* Idem refert Dioscorides, lib. I. cap. CLXXXJ.

Pocula. ῥοδιακὰ dicta. Hesychius. ῥοδιακὸν, ποτηρίου, καὶ ἐκπώματος εἶδος. Diphilus, apud Athæneum, lib. XI.

Ἐσθ' ὑποσχέσθαι πλείονας πιεῖν γέ τι
ἁδρότερον ἢ τῶν ῥοδιακῶν, ἢ τῶν
ῥυτῶν.

Polliceri licet plures bibituros
Largiùs, quàm Rhodiacis, aut
Rhytis.

Erat quoque, quod ῥοδιᾶς appellabatur. Hesychius. ῥοδιᾶς, ποτηρίου εἶδος.

εἶδος. Chion, in Epistolâ quâdam. Ἐκόμισέ μοι Φαίδιμος ταρίχου Ῥοδιακῶν, καὶ μέλιτος ἀμφορέας πέντε. *Attulit mihi Phædimus salsamenti Rhodian, & mellis amphoras quinque.* Meminit etiam Polemon lib. I. ad Adæum, apud Athenæum, lib. XI. Etiam Βομβυλιὸς commemoratur, in Fragmento perillustri Athenæi libri undecimi, quod debemus magno viro, ac præclarè de Auctore illo merito, Isaaco Casaubono. Βομβυλιὸς, θηρίκλειον ῥοδιακόν. *Bombylius, thericleum Rhodiacum.* Ac vide ibi descriptionem. Meminit & Nestoridis poculi alibi eodem libro Athenæus, facti à Dionysio Thrace. Inspice locum, & videbis quale fuerit. Etiam Hedypotides commemorantur inter pocula Rhodiorum, à Polluce, lib. VI. cap. xvj. & Athenæo, lib. XI. p. 469.

Ollulæ, quas sic describit Athenæus, lib. XI. Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ, ἐν τῷ περὶ μέθης, αἱ Ῥοδιακαὶ, φησὶ, προσαγορευόμεναι χυτρίδες, διά τε τὴν ἡδονὴν εἰς τὰς μέθας παρεισφέρονται, καὶ διὰ τὸ θερμαινομένας τὸν οἶνον ἧττον ποιεῖν μεθύσκειν. *Et Aristoteles, lib. De ebrietate, Ollulæ, inquit, Rhodiacæ dictæ, voluptatis causâ in convivia inferuntur, & quod, calefacto vino, ut bibentes minus inebrientur faciant.* Mox subjungit, ex ejusdem Aristotelis libro eodem. Αἱ ῥοδιακαὶ χυτρίδες γίνονται, σμύρνης, σχοίνου ἄνθους, κρόκου, βαλσάμου, ἀμώμου, κινναμώμου συνεψηθέντων. *Rhodiacæ ollulæ fiunt, myrrhâ, odorati junci flore, croco, balsamo, amomo, cinnamomo, simul coctis.* Sed Eustathius hoc loco legisse videtur, ἰτρίδες. Ecce verba, ad Odyss. ι. Ὡς δὲ τὸ ὕστερον, ἑτέρως διατιθεμένοις, ἥδιστα νενόμισται τὰ τοιαῦτα, (κεραμεᾶ ποτήρια,) δηλοῖ Ἀθήναιος, ἐν λόγῳ αὐτοῦ ἑνδεκάτῳ, λέγων καὶ, ὅτι μετὰ ἀρωμάτων φυραθείσης τῆς γῆς, ὠπτᾶτό τινα ἐξ αὐτῶν. καὶ, ὅτι Ῥοδιακαί τινες ἰτρίδες χρησταὶ ἦσαν εἰς εὐφροσύνην, διὰ τὰ συνεψηθέντα εὐώδη. Sed corruptum locum censeo, & scribendum: ῥοδιακαί τινες χυτρίδες. uti est in Athenæo.

In ædificiis, peristylium Rhodiacum dictum erat, quod haberet porticum unam altiorem. Vitruvius, lib. VI. cap. x. *Id autem peristylium, quod unam altiorem habet porticum, Rhodiacum appellatur.*

In pecuniâ, proprium talentum habebant. Festus. *Talentorum non unum genus. Atticum, est sex millium denariûm. Rhodium, est cistophorûm quatuor millium quingentorum.*

Post-

Poſtquam verò memoravi quæ habuerint, jure & quid non habuerint, referendum. Illa verò aquila erat. Plinius, lib. X. cap xxix. *Rhodus aquilam non habet.* Sed, Tiberio illic agente, una viſa eſt culmini earum ædium, quas inhabitabat ipſe, inſidere. Suetonius, in ejus Vitâ, cap. XIV. *Antè paucos verò quàm revocaretur dies, aquila, nunquàm anteà Rhodi conſpecta, in culmine domus ejus aſſedit.* Eſtque in hanc rem Epigramma Apollonidis, Anthol. lib. I. cap. LX.

Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις,
Ὁ πρὶν Κερκαφίδαις αἰετὸς ἱστορίῃ,
Ὑψιπετὴ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς,
Ἤλυθον, ἠελίου νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.

Quæ priùs ego Rhodios non acceſſeram ſacra avis,
Quæ Cercaphidis aquila fui hiſtoria,
Altivolantem tunc plantam per latum aërem extendens,
Veni, Solis inſulam cùm habitaret Nero.

CAP. III.

Lingua, Dorica: ſicut ipſi Dorienſes. Philoſtrati locus illuſtratus. Vocabula eorum multa ſingularia: Ἐρυθίβη, Ἄμβων, Λοφνίς, *& alia plura. Moſchi* Ἐξήγησις Ῥοδιακῶν λέξεων.

Lingua, erat illis Dorica. Suetonius, in Tiberio, cap. LVI. *Zenonem quendam, exquiſitiùs ſermocinantem, cùm interrogaſſet, quænam illa tam moleſta dialectus eſſet, & ille reſpondiſſet, Doridem: relegavit Cinariam: exiſtimans exprobratum ſibi veterem ſeceſſum, quod Doricè Rhodii loquantur.* Thucydides, lib. VII. Ῥόδιοι δὲ, καὶ Κυθήριοι, Δωριεῖς ἀμφότεροι. *Rhodii verò, & Cytherii, Dorienſes utrique.* Etymologici Auctor, in Γάγαι. Εἴρηται ὅτι Ῥόδιοι, Λυκίους αἰτοῦντες τόπον, ἐν ᾧ κατοικήσουσιν, ἐβόων Γᾶ Γᾶ, τῇ πατρῴᾳ φωνῇ Δωρίζοντες. *Fertur, Rhodios, cum terram à Lyciis habitandam poſtularent, clamaſſe Ga Ga, patriâ linguâ Doricè loquentes.* Ariſtides, Oratione ad Rhodios, De concordiâ. Τὸ μὲν ἀρχαῖον, ἐστὲ Δωριεῖς, ἐκ Πελοποννήσου. *Ab antiquâ quidem origine, Dorienſes*

estis, ex Peloponneso oriundi. Et mox circa finem. Λυπηρὸν δέ μοι κἀκεῖνο, εἰ τοῖς μὲν ἐκ γενετῆς ὀνόμασιν οὕτω σφόδρα Ἑλληνίζοντες ἐφαίνεσθε, ὥστ' οὐδὲν ἦν εὑρεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, παρ' ὑμῖν ὄνομα ὅτι μὴ Δώριον, ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ξένων ἀρξαμένων· ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ, τὴν πάτριον ἁρμονίαν, καὶ τὴν ὡς ἀληθῶς Δωριστὶ, μεθέντες, κακῶν ξενικῶν, καὶ πᾶσι μᾶλλον ἢ ὑμῖν προσηκόντων, κληρονομήσετε. *Illud verò etiam me malè habet, quod, cùm vocabulis quidem avitis adeò studiose utentes, vos servantes Græci moris ostendatis, ut inter vos nullam quidem omninò vocem, ut sic dicam, facilè invenire detur, nisi Doricam, jam ab illo usque tempore, quo id Hospites vestri incepere: in rep. verò, harmoniam patriam, & verè Doricam, omittentes, externa mala, omnibusque potiùs, quàm vobis, decora, adsciscatis.* Et in Rhodiacâ. Μηδ' ὑμᾶς ἐκεῖνοι παραμυθῶνται πέμποντες, ἀλλ' ὑμεῖς ἐκείνους· τὸ πάτριον τοῖς Δωριεῦσι σώζοντες φρόνημα. *Nec ad vos consolandos illi mittant, sed vos ad illos: avitam servantes Doriensium magnanimitatem.* Philostratus hinc capiendus, ubi de Æschine oratore, qui Athenis Rhodum se contulerat, Sophist. lib. I. Καὶ σοφιστῶν φροντιστήριον ἀποφήνας τὴν Ῥόδον, αὐτοῦ διῃτᾶτο, θύων Ἡσυχίᾳ, καὶ Μούσαις, καὶ Δωρίοις ἤθεσιν ἐγκαταμιγνὺς Ἀττικά. *Et sophistarum scholam probans Rhodum, illic commoratus est, sacra faciens Quieti, & Musis, Atticos mores Doricis miscens.* Hinc Δωρὶς, *Dorica*, Rhodus appellatur, ab anonymo auctore, in Epigrammate, quod exstat Anthologiæ lib. VI. cap. I.

Αὐτῷ σοὶ πρὸς Ὄλυμπον ἐμακύναντο κολοσσὸν
Τόνδε Ῥόδου ναέται Δωρίδος Ἀέλιε.

Ipsi tibi ad cœlum usque extenderunt colossum
Hunc Rhodi habitatores Doricæ Sol.

Videndus est Strabo, lib. XIV: & quæ à me supra dicta, lib. I. cap. iv. Quin vocabula etiam quædam sibi propria habuere. Itaque ipsis Λατάγη dicebatur, quod ex potione restabat, aliisque κότταβον appellabant. Athenæus, lib. XV. Κλείταρχος δ', ἐν τῇ περὶ γλωττῶν πραγματείᾳ, λατάγην φησὶ Ῥοδίους τὸν ἀπὸ τῶν ποτηρίων κότταβον λέγειν. *Clitarchus verò, in opere De glossis, latagen ait Rhodios cottabum, è poculis ejectum, appellare.* Ἐρυθίβη dicebatur, quæ ab aliis Ἐρυσίβη. Strabo lib. XIII. Ῥόδιοι δὲ ἐρυθιβίου Ἀπόλλωνος ἔχουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ἱερὸν,

τὴν

τὴν ἐρυσίβην καλοῦντες ἐρυθίβην. *Rhodii verò in regione suâ Apollinis Erythibii fanum: rubiginem frugum dicentes erythiben, quæ est aliis erysibe.* Eustathius, ad Iliad. α. Ῥόδιοι δὲ, Ἀπόλλωνα (σεβάζονται) Ἐρυθίβιον τὴν ἐρυσίβην ἐρυθίβην καλοῦντες. *Rhodii verò, Apollinem (colunt) Erythibium: erysiben dicentes erythiben.* Ἄμβων, Montis ascensus, supercilii formam habens. Erotianus, in Lex. Hippocr. Οἱ Ῥόδιοι ἄμβωνας καλοῦσι τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις. *Rhodii Ambones vocant montium asscensus, supercilio similes.* Et Λοφνὶς dicebatur fax, ex vite, & cortice facta. Athenæus, lib. XV. Κλείταρχος δ', ἐν ταῖς Γλώσσαις, λοφνίδα φησὶ καλεῖν Ῥοδίους τὴν ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ ἀμπέλου, λαμπάδα. *Clitarchus verò, in Glossis, Lophnida ait vocare Rhodios facem ex cortice, & vite.* Βράβυλα etiam vocabant pruna, pariter ac Siculi: ut docet idem Athenæus, lib. II. Erant plura etiam vocabula: Ἀγωγή, Ἄθερας, Ἀνεκκλητεῖν, Ἀνθεστηριάδες, Ἀνθρώπαοι, Διακαλαμάσαρκες, Ἐλαιὸς, Ἔμπιπτα, Ἐπτοῦς, Ἴδη, Καλόνης, Μακρόβιοι, Μηλοσόη, Ναστὰ, Ὀλοοτρόπα, Σεγάνιον, Ὑπόθετον, Χελιδονισταί. De quibus omnibus vide singillatim Hesychium, suis locis. Adeò verò multæ fuere peculiares Rhodiorum dictiones, ut de iis opus proprium scripserit Moschus; quod citatur Athenæo, libro XI. Μόσχος δ' ἐν Ἐξηγήσει Ῥοδιακῶν λέξεων, κεραμεοῦν ἀγγεῖόν φησιν αὐτὸ εἶναι, ἐοικὸς ταῖς λεγομέναις πλωματίσι. *Moschus verò, in Expositione Rhodiacorum vocabulorum, ait, id vas fictile esse, simile iis, quæ* πλωματίδες *appellantur.*

CAP. IV.

Viri Rhodii clari nominis. Abron: sive Ambron, aut Ambryon: ejusque opus. Περὶ Θεοκρίτου. *Agnocles, ejusque* Κορωνισταί. *Anaxandrides, qui corruptè apud varios Auctores dicitur Alexandrides: ejusque fabularum quædam indicatæ. Pollucis, Suidæ, & Athenæi, loca quædam emendata.*

Nunc ingenia Rhodiorum quædam illustria, quæque scriptis famam sibi apud posteros compararunt memorabo. In his,

Abron. De quo ita Suidas. Ἄβρων, Φρύξ, ἢ Ῥόδιος, γραμματικὸς, μα-

μαθητὴς Τρύφωνος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ. *Abron, Phryx, aut Rhodius, Grammaticus, Tryphonis discipulus, qui Romæ Rhetoricam docuit.* Hic, ut puto, est is ipse, cujus Auctor Etymologici meminit, in Ἡμικύκλιον; diciturque idem Ambron apud eundem in ὁμοκλήσασκεν. Apud Diogenem Laërtium, in Aristotele, lib. V. Ambryon nominatur; ejusque Περὶ Θεοκρίτου opus quoddam memoratur. Ἀπέσκωψε δ᾽ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα καὶ Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὥς φησιν Ἀμβρύων, ἐν τῷ Περὶ Θεοκρίτου. *Perstrinxit eum Epigrammate etiam Theocritus Chius, ut Ambryon inquit, in opere De Theocrito.* Alter autem ab hoc fuit Atheniensis, de quo ago in Bibliothecâ Atticâ.

Agnocles. Ejus κορωνισταὶ citantur ab Athenæo, lib. VIII. Ἱστορεῖ Ἀγνοκλῆς ὁ Ῥόδιος, ἐν Κορωνισταῖς. *Refert Agnocles Rhodius, in Coronistis.*

Anaxandrides, Camiræus, Comicus. De eo sic Chamæleon Heracleotes, libro sexto De Comœdiâ, apud Athenæum, lib. IX. Ἀναξανδρίδης, διδάσκων ποτὲ διθύραμβον Ἀθήνησιν, εἰσῆλθεν ἐφ᾽ ἵππου, καὶ ἀπήγγειλέν τι τῶν ἐκ τοῦ ᾄσματος. ἦν δὲ τὴν ὄψιν καλὸς, καὶ μέγας. καὶ κόμην ἔτρεφε καὶ ἐφόρει ἁλουργίδα, καὶ κράσπεδα χρυσᾶ. πικρὸς δ᾽ ὢν τὸ ἦθος, ἐποίει τι τοιοῦτον περὶ τὰς κωμῳδίας, ὅτε γὰρ μὴ νικῴη, λαμβάνων ἔδωκεν εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεμεῖν· καὶ οὐ μετεσκεύαζεν, ὥσπερ οἱ πολλοί. καὶ πολλὰ ἔχοντα κομψῶς τῶν δραμάτων ἠφάνιζε, δυσκολαίνων τοῖς θεαταῖς διὰ τὸ γῆρας. λέγεται δ᾽ εἶναι τὸ γένος Ῥόδιος, ἐκ Καμείρου. *Cùm Athenis aliquando dithyrambum recitaret, in equo ingressus est, & partem quandam carminis sui pronuntiavit. Erat verò aspectu pulcer, & procerus: comam alebat, induebaturque veste purpureâ, cum fimbriis aureis, cùm austerus verò esset, tale quid comœdiis suis faciebat. victus, conscindendas dabat, ut ex iis thuris involucra fierent: neque enim refingebat, sicut multi. itaque comœdias multas elegantes, senili morositate iratus spectatoribus, abolevit. Dicitur autem Rhodius esse, ex Camiro urbe ortus.* Suidas. Ἀναξανδρίδης, Ἀναξάνδρου, Ῥόδιος, ἐκ Καμείρου γεγονὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος, ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ πρώτῃ. ἔγραψε δράματα ἑξήκοντα πέντε, ἐνίκησε δὲ δέκα. καὶ πρῶτος οὗτος ἔρωτας, καὶ παρθένων φθορὰς, εἰσήγαγεν. Ac Comœdiarum ejus aliquot commemorantur Athenæo: Ἄγροικοι, libb. XI. XIV. Αἰσχρὰ, lib. X. Ἀντερῶν, lib XIV.

ἀγχί-

Ἀγχίσης, lib. VI. Γεροντομανία, libb. XIII. XIV. Ἡρακλῆς lib. XIV. Θησαυρὸς, libb. IV. XV. Κέρκιος, lib. III. Κυνηγέται, lib. VI. Λυκοῦργος, lib. III. VII. Νηρεὺς, lib. VII. Νηρηΐδες, lib. XI. Ὀδυσσεὺς, lib. VI. Πάνδαρος. lib III. Πόλεις, lib. VII. Πρωτεσίλαος, libb. IV. XII. Σαμία, lib. VI. Σάτυρος, lib. III. Τηρεὺς, libbb. IV. IX. XV. Φιαληφόρος, lib. IV. Sed & alii quasdam harum meminerunt. Itaque Ἄγροικοι commemorantur & Macrobio, Sat. lib. V. cap. xxj. *Anaxandrides etiam Comicus, in fabulâ.* Ἀγροίκοις. Polluci etiam Ἀγχίσης nominatur, lib. IX. cap. vj. Ἀναξανδρίδης δὲ, ἐν Ἀγχίσῃ καὶ ἡμιχρύσους λέγει. Ita emendo: nam minùs rectè editur, Ἀλεξανδρίδης. Ab Aristotele citatur etiam Γεροντομανία sicut quoque Εὐσεβεῖς, Rhet. lib. III. cap. xij. οἷον καὶ Φιλήμων ὁ ὑποκριτὴς ἐποίει, ἔν τε τῇ Ἀναξανδρίδου Γεροντομανίᾳ, ὅτε λέγει Ῥαδάμανθυς, καὶ Παλαμήδης· καὶ ἐν τῷ προλόγῳ τῶν Εὐσεβῶν, τὸ ἐγώ. Præter fabulas autem, ab Athenæo memoratas, etiam Γεωγράφοι ἢ Ζωγράφοι, nominantur à Polluce, lib. X. cap. xiv. Εἴρηται γὰρ καὶ ἐπὶ ζωγράφου, ἐν Ἀναξανδρίδου Ζωγράφοις, ἢ Γεωγράφοις. Sed corruptè ibi quoque scribitur Ἀλεξανδρίδου. Eodem modo apud Suidam, in Ἀβέλτερος, citatur Ἑλένη, & Ἀλεξανδρίδης auctor, pro Ἀναξανδρίδης, scribitur. Eodem modo apud eundem peccatur, in Ἀρεωπαγίτης, ubi Πείσανδρος memoratur. Apud Athenæum quoque idem mendum est lib. V. & XIV. ubi Ὁπλόμαχος citatur: & lib. VI. ubi Φαρμακόμαντις: cujus meminit etiam Auctor Etymologici, in Ὀρίγανον. Denique & lib. XI. Μελίλωτος Alexandridi attribuitur, itidem corrupto nomine. Apud Pollucem, etiam Κιθαρίστρια commemoratur, lib. X. cap. xLiij. Τοῦτο δὲ βύστραν ἕτεροι κεκλήκασιν, ὡς Ἀναξανδρίδης Κιθαριστρίᾳ.

CAP. V.

Andronicus, Aristotelis pleraque, & Theophrasti, in lucem protulit: ejusque scripta. Antagoras, & Antheas, poëta. Antiphanes, veteris Comœdiæ poëta. Antisthenes, historicus. Ejus Opera: Διαδοχαὶ τῶν φιλοσόφων, &, Περὶ τῶν τοῦ Αἰγύπτου πυραμίδων. *Antonius, philosophus.*

An-

Andronicus. Hic pleraque Aristotelis, & Theophrasti, ex Apelliconis Teii bibliothecâ, Romam à Syllâ advectâ, à Tyrannione Grammatico accepta, in lucem protulit, indicesque concinnavit. Plutarchus, in Vitâ Syllæ. Καὶ μυηθεὶς, ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, βιβλίων ἦν, οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. λέγεται δὲ, κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην, Τυραννίωνα τὸν γραμματικὸν ἐνσκευάσασθαι τὰ πολλὰ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν Ῥόδιον Ἀνδρόνικον, εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων, εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας. *Et mysteriis initiatus, desumpsit sibi Apelliconis Teii bibliothecam, in quâ plerique Aristotelis, & Theophrasti, libri erant, haud dum satis in vulgus noti. Ex eâ, Romam deportatâ, grammaticum Tyrannionem intervertisse plura fertur; & ab eo Andronicum Rhodium exemplaria accepisse, & in lucem edidisse, indicesque, qui circumferuntur nunc, concinnavisse.* Strabo, ubi de Rhodo agit, & viros claros, inde oriundos, refert, lib. XIV. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο μνήμης ἄξιοι πολλοὶ στρατηλάται τε καὶ ἀθληταί. ὧν εἰσὶ καὶ οἱ Παναιτίου τοῦ φιλοσόφου πρόγονοι. τῶν δὲ πολιτικῶν, καὶ τῶν περὶ λόγους, καὶ φιλοσοφίαν, ὅ, τε Παναίτιος αὐτὸς, Στρατοκλῆς, καὶ Ἀνδρόνικος, ὁ ἐκ τῶν περιπάτων. *Viros memorabiles cùm belli duces, tum athletas, multos tulit: è quibus fuerunt etiam Panætii majores. tum rerum civilium peritos, & in literis, ac philosophiâ, versatos, ipsumque adeò Panætium, tum Stratoclem, & Andronicum peripateticum.* Estque hic ipse, sine dubio, cujus meminit Alexander Aphrodiseus, in priorum Analyticorum lib. I. Ἐξ ὧν καὶ αὐτῶν ἔνεστι δεικνύναι, ὅτι τὸ Περὶ Ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους ἐστὶν, ἀλλ' οὐχ ὡς Ἀνδρόνικος φησίν. *Ex quibus ipsis licet etiam ostendere, librum De Interpretatione esse Aristotelis; sed non, ut Andronicus ait.* Et Aulus Gellius, lib. XX. cap. v. *Exempla utrarumque literarum, sumpta ex Andronici philosophi libro, subdidi.* Exstat ejus paraphrasis in Ethica Nicomachéa; & libellus, Περὶ παθῶν: beneficio clarissimorum virorum, Danielis Heinsii, & Davidis Hæschelii.

Antagoras. Nominatur inter poëtas à Diogene Laërtio, in Menedemo, lib. II. Ἠσπάζετο δὲ καὶ Ἄρατον, καὶ Λυκόφρονα, καὶ τὸν Ῥόδιον Ἀνταγόραν. *Salutavit verò etiam Aratum, & Lycophronem, & Antagoram Rhodium.* Ac citat ejus Epigrammata, in Cratete, & Crantore, lib. IV.

An-

Antheas. Lindius, conſanguineus Cleobuli: de quo & ejus ſcriptis, hunc in modum Athenæus, lib. X. Ἀνθέας δὲ ὁ Λίνδιος, συγγενὴς δὲ εἶναι φάσκων Κλεοβούλου τοῦ σοφοῦ, πρῶτος εὗρε τὴν διὰ τῶν συνθέτων ὀνομάτων ποίησιν. καὶ κωμῳδίας ἐποίει, καὶ ἄλλα πολλά. *Antheas verò Lindius, qui cognatum Cleobuli ſapientis ſe dicebat, primus invenit poëſin, quæ fit nominibus compoſitis. Fecit etiam Comœdias, & alia multa.*

Antiphanes. Quanquam Cianum hunc quidam, alii Smyrnæum velint. Comicus fuit, mediæ Comœdiæ. Vide de eo Suidam, in Ἀντιφάνης, Δημοφάνους.

Antiſthenes, Hiſtoricus. Meminit Diogenes Laërtius, in Antiſthene, lib. VI. ubi varios nominis illius memorans, tertium hunc noſtrum refert, & hiſtoricum eum dicit, iſtis verbis Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ἀντισθένεις τρεῖς. Ἡρακλείτειος, εἷς· ἕτερος Ἐφέσιος· καὶ Ῥόδιός τις, ἱστορικός. *Fuere nomine Antiſthenis & tres alii. Unus, ex Heracliti ſcholâ; alter, Epheſius: & Rhodius quidam, hiſtoricus.* Atque hujus, ut opinor, ſunt Διαδοχαὶ τῶν φιλοσόφων, *Succeſſiones philoſophorum*, quarum meminit idem Diogenes, in Thalete, lib. I. in Socrate, & Ariſtippo, lib. II. Eundem puto, quem Germanici Interpres citat, ubi de Centauro agit. *Ejus hoſpitio cùm Hercules uteretur, ſicut Antiſthenes dicit, è pharetrâ ſagitta lapſa dicitur pedem ejus vulneraſſe.* Neque alium exiſtimo, quem inter eos, qui *De pyramidibus Ægyptiis* ſcripſerunt, memorat Plinius, lib. XXXVI. cap. xij.

Antonius, philoſophus. Meminit ejus Porphyrius, in Vitâ Plotini. Τῷ δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς Γαλλιηνοῦ βασιλείας ἐγὼ Πορφύριος ἐκ τῆς Ἑλλάδος μετὰ Ἀντωνίου τοῦ Ῥοδίου γεγονώς, καταλαμβάνω τὸν Ἀμέλιον, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχοντα τῆς πρὸς Πλωτῖνον συνουσίας. *Anno verò imperii Gallieni decimo, ego Porphyrius, una cum Antonio Rhodio, è Græciâ profectus, Amelium repperi, jam decimum & octavum annum cum Plotino converſantem.*

CAP. VI.

Apollonius. Ejus Κανωπὸς, *&* Κανωπὸς δεύτερος. Καῦνος, *sive,* Καύνου κτίσις. Ἀλεξανδρείας κτίσις. Κνίδης κτίσις. Ἐπιγράμματα. Ἀργοναυτικά. *Callimachi in eum* Ἶβις. *Rhodius dictus, cùm Alexandrinus esset. Aristeas, Aristocles, orator. Ejus Opus,* Περὶ ποιητικῆς. *Aristophanes, Comicus: ab Atheniensibus civitate donatus. Aristoteles, commentator Platonis. Artamenes, & Athenodorus, oratores. Attalus, Arati commentator.*

Apollonius. Ejus fuit, Κανωπός. Citatur à Stephano, in χώρα. Item, Κανωπὸς δεύτερος, apud eundem, in Κόρινθος. Etiam, Καῦνος. Parthenius, Erot. I. Ἱστορεῖ Νικαίνετος, Λύρκῳ· καὶ Ἀπολλώνιος, Καύνῳ. *Memorat Nicænetus, in Lyrco; & Apollonius, in Cauno.* Ac puto fuisse idem opus, quod eidem Καύνου κτίσις, nuncupatur, Erot. XI. Ἱστορεῖ Ἀριστόκριτος· καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος, Καύνου κτίσει. Simile Opus, Ἀλεξανδρείας κτίσις. Scholiastes Nicandri, Theriacis. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος, ἐν τῇ τῆς Ἀλεξανδρείας κτίσει, ἀπὸ τῶν σταγόνων τοῦ τῆς Γοργόνος αἵματος. Item, Κνίδης κτίσις: apud Stephanum, in Ψυκτήριος. Ejus Ἐπιγράμματα, citat Antoninus Liberalis, Metam. XXIII. Ἱστορεῖ Νίκανδρος, Ἑτεροιουμένων α'· καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος, ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι. Ejus Ἀργοναυτικὰ, in libros quatuor distributa, hodie exstant. In hunc ipsum fuit Callimachi poëma, Ἶβις inscriptum. Suidas, in Καλλίμαχος, ubi Opera ejus recenset. Ἶβις, ἐστὶ δὲ ποίημα, ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν, καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος, ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Rhodius verò iste noster dictus potiùs est, quàm fuit, nam Alexandrinus erat. Clarè Strabo, lib. XIV. Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ, καὶ Ἀπολλώνιος, ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας, Ἀλεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι.

Apollonius Molon, rhetor. De eo vide infra, in Molon.

Aristeas. Nicolaus Myrepsus, De antid. cap. IX. *Hanc Aristeas Rhodius moriens Aristomacho revelavit.* Erotianus, in Lex. Hipp. Περὶ ὧν γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς, καὶ Ἀριστέας, οἱ Ῥόδιοι. *De quibus scripsere Aristocles, & Aristeas, Rhodii.*

Ari-

Aristocles. Meminit Erotianus, in citatis statim verbis. Strabo coætaneum sibi nominat, lib. XIV. Καὶ Πείσανδρος δ᾽, ὁ τὴν Ἡρακλείαν γράψας, ποιητὴς Ῥόδιος. καὶ Σιμμίας ὁ γραμματικὸς, καὶ Ἀριστοκλῆς ὁ καθ᾽ ἡμᾶς. *Et Pisander, qui Heracléam scripsit, poëta est Rhodius: & Simmias grammaticus, & nostrâ ætate Aristocles.* Inter Oratores recenset Dionysius Halicarnasseus, in Dinarcho. Οἷοι γεγόνασι Ῥοδιακοὶ ῥήτορες, οἱ περὶ Ἀρταμένην, καὶ Ἀριστοκλέα. *Quales fuere Rhodii oratores, Artamenes, & Aristocles.* Scripsit, Περὶ ποιητικῆς. Ammonius, De Diff. Verb. in Ἐπικήδιος, ἐν τῷ Περὶ ποιητικῆς, τοὔμπαλιν. *Aristocles verò Rhodius, libro de poëtica, vice versâ.* Et fragmentum ejus quoddam illic profert.

Aristophanes. Camiréus, sive Lindius, quanquam Ægyptium aliqui velint, Comicus longè celeberrimus, ob ingenii præstantiam civitate ab Atheniensibus donatus. Suidas. Ἀριστοφάνης, Ῥόδιος, ἤτοι Λίνδιος. οἱ δ᾽, Αἰγύπτιον ἔφασαν· οἱ δ᾽, Καμειρέα. θέσει δ᾽, Ἀθηναῖος. ἐπολιτογραφήθη γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς κωμικός. *Aristophanes, Rhodius, sive Lindius. quidam verò, Ægyptium dixerunt: quidam autem, Camirensem. adoptione, Atheniensis: nam ab illis civitate donatus erat Comicus.* De eo, fabulisque ejus, vide quæ notata mihi Bibliothecæ meæ Atticæ lib. I.

Aristoteles, Platonis commentator. Proclus, in Timæum, lib. I. Ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταὶ, καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ. *Quod verò Panathenæa sequuta fuerint Bendidéa, referunt Commentatores, atque Aristoteles Rhodius scriptis prodit.*

Artamenes, Orator. Dionysius Halicarnasseus, in Dinarcho. Οἷοι γεγόνασι Ῥοδιακοὶ ῥήτορες, οἱ περὶ Ἀρταμένην, καὶ Ἀριστοκλέα. *Quales fuerunt oratores Rhodii, Artamenes, & Aristocles.*

Athenodorus. Hujus inter veteres oratores meminit Quintilianus, lib. II. cap. xv. *Multa Critolaus contra, multa Athenodorus Rhodius.*

Attalus. Hic ab Hipparcho, sive Eratosthenes dicendus fuerit, in Phænomena Arati, primo loco in Commentatoribus Arati antiquis memoratur: citatque ejus in Aratum Commentarium sæpè Hipparchus. Ejus Περὶ παροιμιῶν citatur ab Hesychio, in Κορίννησι, & incerto quoque Opere, ab Auctore Etymologici, in Μῆλα.

CAP. VII.

Bacorus, geographus. Callixenus. Ejus Opus, Περὶ Ἀλεξανδρείας: *&,* Περὶ ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν. *Castor. Ejus scripta varia. Cleobulus: ejusque* Ἄσματα, *&* Γρῖφοι. *Philippus, abbas bonæ spei, emendatus. Cleobulina, Cleobuli F. Ejus* Αἰνίγματα ἑξάμετρα. *Suidæ locus emendatus. Clitophon. Ejus* Ἰνδικά, Ἰταλικά, Γαλατικά, Κτίσεις.

Bacorus. Scripsit Geographica, ut est colligere ex Avieno, in Descriptione oræ maritimæ.

Hecatæus istic quippe erit Milesius,
Hellanicusque Lesbius, Phileas quoque
Atheniensis, Caryandenus Scylax;
Pausimachus ille, prisca quem genuit Samos:
Quin & Damastus, nobili natus Sige;
Rhodoque Bacorus ortus. ———

Callixenus. Scripsit, Περὶ Ἀλεξανδρείας. Athenæus, lib. V. Καλλίξενον τὸν Ῥόδιον, ἱστοροῦντα ἐν τῷ τετάρτῳ Περὶ Ἀλεξανδρείας. *Callixenum Rhodium, narrantem libro quarto De Alexandriâ.* Citatque rursum, locis pluribus; & Harpocration, in Ἐγγυθήκη. Etiam, Περὶ τῶν ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν. Photius, in Excerptis Sopatri. ὁ δὲ δωδέκατος αὐτῷ λόγος συνήθροισται ἔξ ἄλλων τε διαφόρων, καὶ ἐκ τῆς Καλλιξένου τῶν ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφῆς. *Liber verò duodecimus, collectus ipsi est cùm ex aliis diversis, tum ex Callixeni Opere de pictoribus, & statuariis.*

Castor. Citat Opere incerto Cyrillus, in Julianum, lib. I; Justinus Martyr, in Parænetico; Josephus, contra Appionem, lib. I; Plutarchus, in Quæst. Rom. &, De If. & Of. Stephanus, in Βοιωτία. Sed Opera ejus varia à Suida memorantur. Κάστωρ, Ῥόδιος, ῥήτωρ. ἔγραψε δὲ, Ἀναγραφὴν Βαβυλῶνος, καὶ τὴν θαλασσοκρατησάντων, ἐν βιβλίοις β'. Χρονικὰ ἀγνοήματα. καὶ, Περὶ ἐγχειρημάτων, ἐν βιβλίοις θ'. Περὶ Παθῶν, β'. Περὶ τοῦ Νείλου. Τέχνην ῥητορικήν· καὶ ἕτερα. *Castor, Rhodius, orator. Scripsit verò, Descriptionem Babylonis,*

&

& eorum, qui imperium maris tenuerunt, libris duobus: Temporum ignorationes. &, De epicherematis, libris novem. De perſuadendi ratione, duobus. De Nilo. Artem rhetoricam, & alia. Ex his, Χρονικὰ ἀγνοήματα, citantur ab Apollodoro, lib. II. Κάστωρ δὲ, ὁ συγγράψας τὰ Χρονικὰ ἀγνοήματα, καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν, Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν. *Caſtor verò, qui* Temporum ignorationes *ſcripſit, & multi Tragicorum, Jo filiam Inachi tradunt.* Et huc reſpexiſſe videri poteſt Auſonius, in Profeſſ. Lugd. Carm. XXIII.

Quod Caſtor cunctis de regibus ambiguis, quod
Conjugis è libris ediderat Rhodope.

Varro, in fragmento librorum De vitâ populi Romani. *In ſtellâ Veneris nobiliſſimâ, quam Plautus veſperuginem, Homerus Heſperon appellat, pulcherrimum dicens, Caſtor ſcribit tantum portentum exſtitiſſe, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, curſum.* Euſebio ejus Κανὼν citatur, Chron. lib. I. Ἕτεροί φασι, μετὰ Σαρδανάπαλον κρατῆσαι τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς Νῖνον. ὥς που καὶ Κάστωρ ἐν τῷ Κανόνι αὐτοῦ, φησι. Meminit ejus pluribus locis; & ex ipſo Hieronymus.

Cleobulus, Lindius: unus inter ſeptem, Græciæ ſapientes. Ejus Ἄσματα, & Γρῖφοι, à Diogene Laërtio commemorantur, in Vitâ ipſius, lib. I. ἐποίησεν Ἄσματα, καὶ Γρίφους, εἰς ἔπη τρισχίλια. *Fecit Cantica, & Griphos, ad verſuum tria millia.* Idem videre eſt apud Suidam, in Κλεόβουλος. Profert Diogenes unum ejus Epigramma, & Ænigma; item Epiſtolam ad Solonem. Meminit ejus Sidonius, Carm. XXIII.

Hunc Mileſius & Thales ſtupere
Auditum potuit, ſimulque Lindi
Notus qui Cleobulus inter arces.

Emendandus Philippus, abbas bonæ ſpei, De ſilentio clericorum, cap. XLVIII. *Poſt Thaletem Mileſium, ſex alii fuiſſe memorantur, quibus illo priore addito, ſeptem ſapientes Græciæ nominantur, & iſti ſex illo claruiſſe tempore perhibentur, cùm jam filii Iſraël in Babyloniâ captivi tenerentur. Horum autem nomina ſunt hæc: Pittacus Mitylenæus, Solon Athenienſis, Chilo Lacedæmonius, Periander Corinthius, Cleobulus Lindius, Bias Prienéus.* Minus rectè hodiè editur; *Pittacus Mitileneus:* ac deinde, *Cleobulus*

m 3 Ly-

Lydius. Ac miſcebitur meritò viris ejus filia, nomine Cleobulina. Memorat Αἰνίγματα ejus Athenæus, lib. X. Τίνα δὲ Κλεοβουλίνη ἡ Λινδία προὔβαλεν, ἐν τοῖς Αἰνίγμασιν. *Qualem verò Cleobulina Lindia propoſuit, in Ænigmatibus*. Diogenes Laërtius, in Cleobulo, quem jam dixi, lib. I. Γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα, Κλεοβουλίνην, αἰνιγμάτων ἑξαμέτρων ποιήτριαν. *Fuiſſe autem ipſi filiam, Cleobulinam, poëtriam ænigmatum hexametrorum*. Emendo Suidam, in Κλεόβουλος. Ἐγένετο δὲ αὐτῷ θυγάτηρ Κλεοβουλίνη, ἑξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτρια. *Fuit autem illi filia Cleobulina, hexametrorum Ænigmatum poëtria.* Hodie vulgatur perperam: Ἐγένετο δὲ αὐτῷ θυγάτηρ Κλεοβούλη. *Fuit autem illi filia Cleobula.*

Cleomenes, item Lindius; videtur ſcripſiſſe Ἱππιατρικά: ut eſt colligere ex Hierocle, Hippiatric. lib. I cap. XXX. Κλεομένης δὲ ὁ Λίνδιός φησι, δεῖν φλόμου ῥίζαν καύσαντα, ἐν οἴνῳ τρίψαι, καὶ ὕδωρ ἴσον μίξαντα, κλύζειν διὰ τῆς ἕδρας. *Cleomenes verò Lindius ait uſtam verbaſci radicem in vino conterendam, & in alvum indendam.*

Clitophon. Ejus Ἰνδικὰ citat Plutarchus, De Flum. Καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ὁ Ῥόδιος, ἐν δεκάτῳ Ἰνδικῶν Meminitque etiam Stobæus, Serm. XCVIII: qui Ἰταλικὰ quoque nominat, Serm. X. Ejus Γαλατικὰ, Plutarchus citat, in minoribus Parallelis; ſicut Κτίσεις memorat Plutarchus alter, in libello De Flum.

C A P. VIII.

Diocles. Ejus Αἰτωλικά: *ac fortaſſe quoque* Περσικά. *Freculphi à Joſepho diſſenſus, ejuſque locus emendatus Dionyſius, Muſonii F. ejuſque ſcripta. Alter etiam, Teri Thracis; unde & Thrax ipſe dictus. Ejus Opera; & in his*, Deſcriptio Orbis: *tum de iſtâ Suidæ error indicatus.*

D*iocles*. Ejus Αἰτωλικὰ, nominat Plutarchus, de Flum. ubi de Acheloo agit. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Διοκλῆς ὁ Ῥόδιος, ἐν τοῖς Αἰτωλικοῖς. *Meminit verò horum accuratiùs Diocles Rhodius, in Ætolicis*. Ac fortaſſe ſunt ejuſdem quoque Περσικά: quæ Joſepho memorantur, ubi obſeſſam à Nabuchodonoſoro regi Tyrum urbem di-

dicit annis tredecim. Antiquit. Jud. lib. X. cap. xj. Καὶ Μεγασθένης δὲ, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, μνημονεύει αὐτῶν, δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται, τοῦτον τὸν βασιλέα τῇ ἀνδρείᾳ, καὶ τῷ μεγέθει τῶν πράξεων, ὑπερβεβηκότα τὸν Ἡρακλέα. καταστρέψασθαι γὰρ αὐτόν φησι Λιβύης τὴν πόλιν, καὶ Ἰβηρίαν. καὶ Διοκλῆς δὲ, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν, μνημονεύει τούτου τοῦ βασιλέως· καὶ Φιλόστρατος, ἐν ταῖς Ἰνδικαῖς αὐτοῦ, καὶ Φοινικικαῖς, Ἱστορίαις· ὅτι οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπολιόρκησε Τύρον ἔτη τρισκαίδεκα, βασιλεύοντος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ἰθοβάλου τῆς Τύρου. *Horum meminit & Megasthenes, Indicorum libro quarto: ubi ostendere conatur, hunc regem, fortitudine, & gestarum rerum magnitudine, Herculem supergressum esse; ac evertisse urbem Libyæ, & Iberiam. Etiam Diocles, in secundo Persicorum, meminit hujus regis, & Philostratus, in Historiis Indicis, Phœnicicisque: quod hic rex per annos tredecim Tyrum obsederit, regnante illic per id tempus Ithobale.* Quem locum cum verbo tenus transscribat Freculphus, miror, eum pro *Persicis* Dioclis, aliud opus, *De coloniis*, memorare. Ecce verba, Chron. Tom. I. lib. III. cap. xviij. *Nabuchodonosor tantæ fuit fortitudinis, ut etiam Megasthenes, in quarto Indicorum libro, nitatur approbare, hunc regem fortitudine, & actuum magnitudine, Herculem transscendisse: dicit enim, eum vastasse Libyæ civitatem, & Hesperiam. Porrò Diocles, in secundo Coloniarum libro, meminit hujus regis: & Philostratus, in Indicis, & Phœnicicis, Historiis, dicit, quia iste rex obsedit Tyrum annis decem & tribus; cùm illo tempore Tyro regnaret Joathabala.* Ita eum locum corrigo. Malè enim, pro *Metasthenes*, editur *Magestenis*: &, *annis tribus*, pro, *annis decem & tribus*.

Dionysius, Musonii F. fani Solis apud Rhodios sacerdos, & historicus: De eo, atque scriptis, Suidas. Διονύσιος, Μουσωνίου, Ῥόδιος, ἱστορικὸς, ὢν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ ἡλίου. ἱστορίας τοπικὰς, βιβλία ἕξ. οἰκουμένης περιήγησιν. ἱστορίας παιδευτικῆς, βιβλία δέκα. *Dionysius Musonii F. Rhodius, Historicus. Erat verò etiam sacerdos templi Solis, quod illic erat. Scripsit autem Historias locorum, libris sex. Orbis descriptionem. Historiæ institutoriæ, libros decem.* Alter ab hoc,

Dionysius, Teri Thracis F. à quo ipse Thrax vocatus, natione Alexan-

Alexandrinus, ſed donatus Rhodiorum civitate. Docet Strabo, lib. XIV. Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ, καὶ Ἀπολλώνιος, ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας, Ἀλεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι. *Dionyſius verò Thrax, & Apollonius, qui Alexandrini quidem erant, ſed appellabantur Rhodii.* Suidas de eo. Διονύσιος, Ἀλεξανδρεύς· Θρᾷξ δὲ, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Τήρου, Τῆρος τοὔνομα κληθείς. Ἀριστάρχου μαθητὴς, γραμματικὸς· ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου. καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίωνι τῷ προτέρῳ· συνέταξε δὲ πλεῖστα γραμματικά τε καὶ συνταγματικὰ, καὶ ὑπομνήματα. *Dionyſius Alexandrinus. Thrax verò, à patre Tero, Terus nomine appellatus. Ariſtarchi diſcipulus, grammaticus. qui Romæ docuit, tempore Pompeii Magni, & Tyrannioni priori prælegit. Compoſuit verò plurima grammatica, ſyntagmatica, & commentaria.* Videndus quoque de eodem Auctor Etymologici, in Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. Quanquam autem natione Alexandrinus, Rhodiuſque civitate, tamen Thrax, à gente patris, appellatur ab Auctoribus. Inter Opera, quorum Suidas nullum nominat, ſunt Μελέται. Didymus, ad Odyſſ. χ΄. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, ἐν ταῖς Μελέταις φησὶ τὴν παροιμίαν,

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου,

ἀπὸ τούτου διαδεδόσθαι. Scripſit etiam, Περὶ τῆς ἐμφάσεως τοῦ περὶ τὴν τροχίσκων συμβόλου. ac citatur à Clemente, Strom. V. Etiam, Περὶ ἐνυπνίων: ut eſt videre apud Tertullianum, lib. De Animâ, cap. XLVJ. Tum &, Περὶ Ῥόδου: ac citatur iſtud Opus apud Stephanum, in Ταρσός. Denique hujus quoque eſt illa Orbis deſcriptio, quæ nunc exſtat: eſtque nobis luculentus teſtis Plinius, ubi de urbe Alexandriâ illi ſermo, lib. VI. cap. XXVIJ. *Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium,* Terrarum orbis *recentiſſimum* auctorem, *conſtat. quem ad commentanda omnia in orientem præmiſit divus Auguſtus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicaſque res majore filio.* Itaque errat certè Suidas, qui Muſonii filio tribuit. Citat eum, incerto Opere, Proclus, ad Heſiodi ἔργ. β΄.

CAP.

CAP. IX.

Epigenes, ejusque Opus de re rusticâ. Ergeas; scripsit, De patriâ, Rhodo: Euagoras. Eucratidas, philosophus Epicureus. Eudemus. Ejus, Περὶ γωνίας. Φυσικά. Ἀναλυτικά. Γεωμετρικὴ ἱστορία. Ἀστρολογικὴ ἱστορία. *Eudoxus, Historicus. Euodus.*

Epigenes. Inter rei rusticæ Scriptores recensetur à Varrone, & Columellâ, De Re Rust. lib. I. cap. 1. Ejus Περὶ τῆς εἰς ὀρφέα ποιήσεως, citat Clemens Alexandrinus, Strom. lib. I. V. Innominato verò Opere, Plinius, lib. VII. cap. XLIX. LVj. Plutarchus, De plac. philosoph. lib. III. cap. ij.

Ergeas. Ejus de patriâ, Rhodo, opus memorat Athenæus, lib. VIII. Ἐργέας δὲ ὁ Ῥόδιος, ἐν τοῖς περὶ πατρίδος, προειπὼν τινὰ περὶ τῶν κατοικησάντων τὴν νῆσον Φοινίκων, φησίν. *Ergeas itaque Rhodius, in Opere de patriâ, quædam de Phœnicibus, qui insulam inhabitarunt, præloquutus, ait.*

Euagoras, Lindius, Historicus. Suidas in Εὐαγόρας.

Eucratidas, philosophus. Ejus meminit Inscriptio Vetus

ΕΥΚΡΑΤΙΔΑΣ ΠΕΙΣΙΔΑΜΟΥ
ΡΟΔΙΟΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣ

Eudemus. Diogenes Laërtius, in Prooemio. Ταῦτα δὲ καὶ Εὔδημος ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ. *Hæc verò etiam Eudemus Rhodius refert.* Strabo, recensens viros claros ejus insulæ, lib. XIV. Ἔτι δὲ πρότερον Πραξιφάνης, καὶ Εὔδημος, καὶ Ἱερώνυμος. *Et antè Praxiphanes, Eudemus, Hieronymus.* Ac inter philosophos eum ponit: idque rectè, siquidem peripateticus erat, scripsitque Περὶ γωνίας, *De angulo.* Proclus, ad Euclidem, lib. II. Εὔδημος μὲν ὁ περιπατητικὸς, βιβλίον Περὶ γωνίας γράψας. *Eudemus quidem peripateticus, qui* De angulo *librum scripsit.* Ejusdem, ut opinor, fuerint,

Φυσικά. Meminit Simplicius, in Physicorum Aristotelis lib. I. Καὶ Εὔδημος δὲ, δεχόμενος τὰς Φυσικῶν, ζητεῖ μὲν φιλοκάλως τὸ πρόβλημα, τὴν δὲ λύσιν εἰς ἄλλας πραγματείας πλατυτέρας ὑπερτίθεται.

Et verò Eudemus, in principio Physicorum, pulchrè quidem quæstionem proponit, sed solutionem ejus in perfectiora opera alia differt. Inde fragmentum insigne Operis illius profert. Ac secundum librum citat, Commentarii ejusdem lib. VI. Γράφει δὲ ὁ Εὔδημος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Φυσικῶν ταῦτα. *Scribit verò Eudemus libro secundo Physicorum ista.* Ac mox iterum fragmentum ejus profert: tum & meminit locis pluribus.

Ἀναλυτικά. Alexander Aphrodiseus, in Topic. lib. II. Ἐπιγράφεται δὲ αὐτὸ καὶ Εὐδήμου Περὶ τῶν ἀναλυτικῶν. *Inscribitur verò illud quoque, Eudemi, De analyticis.*

Γεωμετρικὴ ἱστορία. Eutocius, in Archimedem, De Mens. Circ. Ἀκριβῶς εἰδέναι νομίζω τοὺς τὴν Εὐδήμου Γεωμετρικὴν ἱστορίαν ἐπεσκεμμένους. *Exactè sciri illos arbitror, qui Eudemi Geometricam historiam inspexerunt.* Simplicius, in Phys. lib. I. ὁ μέντοι Εὔδημος, ἐν τῇ Γεωμετρικῇ ἱστορίᾳ, οὐκ ἐπὶ τετραγωνικῆς πλευρᾶς δεῖξαι φησὶ τὸν Ἱπποκράτη τὸν τοῦ μηνίσκου τετραγωνισμόν. *Eudemus autem, in Geometricâ historiâ, dicit, Hippocratem non in quadrati latere ostendisse quadraturam lunulæ.* Proclus, in Euclidem, extremo libro III. Εὔδημος δὲ, ἐν ταῖς Γεωμετρικαῖς, εἰς Θαλῆν τοῦτο ἀνάγει τὸ θεώρημα. *Eudemus verò, in Geometricis historiis, theorema hoc refert ad Thaletem.*

Ἀστρολογικὴ ἱστορία. Simplicius, in Aristotelis De cælo, lib. II. Καὶ πρῶτος Ἑλλήνων Εὔδοξος ὁ Κνίδιος, ὡς Εὔδημος, ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ἀστρολογικῆς ἱστορίας ἀπεμνημόνευσεν. *Ac primus Græcorum Eudoxus Cnidius: ut Eudemus in libro secundo Astrologicæ Historiæ commentatus est.* Clemens, Strom. I. Θαλῆν δὲ Εὔδημος, ἐν ταῖς Ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις, τὴν γενομένην ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου προειπεῖν φησί. *Thaletem verò Eudemus, in Astrologicis Historiis, defectum solis prædixisse ait.* Diogenes Laërtius, in Thalete, lib. I. Δοκεῖ δὲ κατά τινας πρῶτος ἀστρολογῆσαι, καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις, καὶ τροπὰς, προειπεῖν· ὡς φησὶν Εὔδημος, ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ. *Videtur verò secundùm quosdam, primus de astris disseruisse, solisque defectus, ac conversiones, prædixisse: ut refert Eudemus, in Historiâ Astrologicâ.*

Eudoxus, Historicus. Diogenes Laërtius, in Eudoxo, lib. VIII. Γεγόνασι δὲ Εὔδοξοι τρεῖς· αὐτὸς οὗτος. ἕτερος, Ῥόδιος, ἱστορίας γεγραφώς.

Mar-

Marcianus, in Epitome Artemidori. Καὶ Κλέων ὁ Σικελιώτης, Εὔδοξός τε ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος. *Et Cleon Siculus, & Eudoxus Rhodius, & Hanno Carthaginiensis.* Apollonius, Hist. Comm. cap. XXIV. Εὔδοξος δὲ ὁ Ῥόδιος, περὶ τὴν Κελτικὴν εἶναί τι ἔθνος φησὶν, ὃ τὴν ἡμέραν οὐ βλέπειν, τὴν δὲ νύκτα ὁρᾶν. *Eudoxius verò Rhodius ait, gentem quandam circa Celticam esse, quæ interdiu non videat, sed noctu.* Estque hic ipse, cujus Historiarum librum nonum citat Auctor Etymologici, in Ἀδρίας. Εὔδοξος δὲ, ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἱστοριῶν, τὸ πέλαγος, καὶ τὴν πόλιν, ὀνομασθῆναι Ἀδρίαν φησιν, ἀπὸ Ἀδρίου τοῦ Μεσσαπίου Παύσωνος. *Eudoxus verò, Historiarum libro nono, mare, & urbem, appellatam Adriam dicit, ab Adriâ, Pausonis Messapii filio.*

Euodus. Vide Suidam in Εὔοδος. I. 1086.

CAP. X.

Hieronymus. Ejus Ὑπομνήματα Ἱστορικά. Περὶ μέθης. Περὶ ἐποχῆς. *Homerus. Jason, Posidonii successor. Ejus,* Βίοι ἐνδόξων. Φιλοσόφων διαδοχαί. Βίος Ἑλλάδος. Περὶ Ῥόδου. *Idæus; Homeri poësin duplicavit. ejusque* Ῥόδια. *Melanthius. Molon. Panætius, ejusque scripta. Parmenon. Periandrus. Philagrius. Philetas: ejus* Γλῶσσαι Ἄτακτοι, Τήλεφος, & Ναξιακά. *Isacius Tzetzes emendatus.*

Hieronymus, Philosophus. Strabo, in catalogo clarorum Rhodiorum. Ἔτι δὲ πρότερον Πραξιφάνης, καὶ Εὔδημος, καὶ Ἱερώνυμος. *Et antè aliquanto, Praxiphanes, Eudemus, & Hieronymus.* Cicero, De Fin. lib. II. *Tenésne igitur, inquam, Hieronymus Rhodius quod dicat esse summum bonum?* Dicitur ei *Peripateticus inprimis nobilis*, in Oratore. *Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, Peripateticus inprimis nobilis, plerosque senarios.* Et est multa apud eum illius mentio. Seneca, De Irâ, lib. I. *Quid opus est, inquit Hieronymus, cùm velis cædere aliquem, priùs tua labra mordere:* De duabus Socratis uxoribus, Xanthippe, & Myrtone, verba facientem citat Athenæus, lib. XIII. & Plutarchus, in extremo Aristide: Uterque, ut puto, ex eo Opere, quod inscripserat,

Ὑπομνήματα Ἱστορικά. Idem Athenæus citat, libro citato. Ἱερώνυμος γοῦν, ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι, φησὶν οὕτως. *Hieronymus enim, in Historicis commentariis, ita dicit.* Et posteà, eodem libro. Ἱερώνυμος δ' ὁ Ῥόδιος, ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασι, φησὶν, ὅτι Σοφοκλῆς εὐπρεπῆ παῖδα ἔξω τοῦ τείχους ἀπήγαγε. *Hieronymus verò Rhodius, in Historicis Commentariis, ait Sophoclem venustum puerum extra mœnia abduxisse.* Citat semel, iterumque, Diogenes Laërtius, in Thalete, lib. I.

Περὶ μέθης. Athenæus lib. X. Τὰ αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος, Ἀριστοτέλους ὢν μαθητὴς, καὶ οὗτος ἐν τῷ Περὶ μέθης. *Eadem memorat etiam Hieronymus Rhodius, Aristotelis discipulus, itidem in libro De ebrietate.* Et lib XI. Ἱερώνυμος δ' ὁ Ῥόδιος, ἐν τῷ Περὶ μέθης, καὶ τὸ μεθύσαι Σκυθίσαι φησί. *Hieronymus verò Rhodius, libro De ebrietate, inebriari* Σκυθίσαι *dicit.*

Περὶ ἐποχῆς. Citat Diogenes Laërtius, in Phædone, lib. II.

Ἐπιστολαί. Citantur ab Athenæo, lib. X.

Homerus. Nam hunc quoque erant qui Rhodium facerent, ut testatur nobis Suidas, in Ὅμηρος: ubi & Opera ejus refert.

Jason, philosphus; & successor scholæ Posidonii philosophi, quæ Rhodi erat. Ejus Opera: Βίοι ἐνδόξων. Φιλοσόφων διαδοχαί. Βίος Ἑλλάδος. Περὶ Ῥόδου. Vide Suidam, in Ἰάσων, Μενεκράτους. Et ex istis Βίος τῆς Ἑλλάδος, citatur etiam à Stephano, in Ἀλεξάνδρεια.

Idæus, poëta epicus. Duplicavit Homeri poësin, alternis versibus insertis. Scripsit quoque Res Rhodiorum, tribus versuum millibus. Auctor Suidas, in Ἰδαῖος.

Leonides, philosophus Stoicus. Ejus meminit inter illustres Rhodios Strabo, lib. XIV. Meminit & Hesychius, in Ἔκπρες. Vitruvius, in Præfatione libri VII. Περὶ Ἰταλίας, citat Isacius Tzetzes, in Lycophronem.

Melanthius, philosophus. Ejus meminit Diogenes Laërtius, in Æschine, lib. II. Nescio an idem tragicus poëta, quem citat Joannes Tzetzes, ad Hesiodi Ἔργ. α'. Item an ille, qui scripsit Περὶ ζωγραφικῆς: citaturque à Diogene Laërtio, in Polemone, lib. IV.

Molon, Rhetor. Cicero, in Bruto. *Doctus vir, ex Rhodiâ disci-*

disciplinâ Molonis. Et posteà. *Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam.* Deinde rursum. *Quibus non contentus, Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem applicavi.* Meminit quoque ejus Dionysius Halicarnasseus, in Dinarcho. A quibusdam Apollonius Molon dicitur: sicut à Quintiliano, Institut. Orat. lib. III. cap. 1. *Multa pòst Apollonius Molon, multa Aréus, multa Cæcilius, & Halicarnasseus Dionysius.* Iterum, lib. XII. cap. vj. *Usus est & hâc ratione M. Tullius: &, cùm jam clarum meruisset inter patronos, qui tum erant, nomen, in Asiam navigavit, eoque, & aliis, sine dubio: eloquentiæ, ac sapientiæ magistris, sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rursus formandum, ac velut recoquendum dedit.* Scholiastes Alexandri Rhetoris, De fig. Rhet. Καὶ Ἀπολλώνιος, ὁ ἐπίκλην Μόλων, ὡρίσατο. Σχῆμά ἐστι μεταβολὴ, εἰς ἡδονὴν ἐξάγουσα τὴν ἀκοήν. Occurrit quoque apud Josephum, in Appionem, lib. II. Et Strabo, qui, Alabandensem domo, sed donatum civitate, nobis refert, lib. XIV. Meminitque, ut Alabandensis, Cicero, De Orat. lib. I. Aliis rursus Apollonius Molonis dicitur: ut Plutarcho, in Cæsare, & Cicerone; Suetonio, in Cæsare, cap. IV. & Porphyrio in Homerum, Quæst. V. Fuerit nempe etiam Moloni filius, patris nomine appellatus: & est clarus horum error, qui confundunt patrem ac filium, quod & pridem observatum Isaaco Casaubono.

Myro. Suid. II. 196.

Panætius, philosophus. Meminit ejus inter Rhodios illustres Strabo, lib. XIV. citatque Athenæus, lib. XIII; & Diogenes Laërtius, in Demetrio, lib. V. Sed duo fuere: unus, senior, philosophus, qui scripsit plurima: alter, junior, Nicagoræ filius, philosophus item, sectâ Stoicus, ac præceptor Scipionis Africani: qui Athenas cùm migrasset, ibi, adscriptus inter cives, diem quoque suum obiit. Vide de utroque Suidam. Quod juniorum attinet, eum sæpè citat Cicero, sine ullo certo Opere: nominatim verò, *De dolore patiendo*, De Fin lib. IV. *De civili statu*, De Leg. lib. III. *De officiis*, De Off. lib. III. Incertum, uter scripserit, Περὶ εὐθυμίας, quod Diogenes Laërtius citat, in Xenophane, lib. IX.

tum & alterum, Περὶ Σωκράτους, quod Plutarchus, in extremo Aristide, & Athenæo, in Principio libri XIII.

Parmenon. Ejus Μαγειρικὴ Διδασκαλία, citatur ab Athenæo, lib. VII. Idem citat quoque Περὶ Διαλέκτου, lib. XI. Apud Nicandri Scholiasten ad Theriaca, Parmenion scribitur: & citantur ejus Ἴαμβοι.

Periandrus. Citat, Opere incerto, Interpres Germanici, ubi de Leone agit. *Periandrus Rhodius refert, eum, ob primos labores Herculis, memoriæ causâ, honorificè astris illatum.* Sed scribendum est, Peisandrus, ut statim ostendam, cum de eo sum acturus.

Philagrius, rhetor. Meminit ejus Dionysius Halicarnasseus, in Dinarcho.

Philetas, poëta. Hunc Coum quidam faciunt, alii Rhodium. Ego ut Rhodium hoc in loco recensebo. Scholiastes Theocriti, Idyll. VII. ὁ δὲ Φιλητᾶς, Κῷος τὸ γένος· ἢ, ὡς ἔνιοι, Ῥόδιος, υἱὸς Τηλέφου. ποιητὴς δὲ ἦν καὶ οὗτος. *Philetas verò, Cous genere; vel, ut quidam volunt, Rhodius, Telephi filius: erat verò & hic poëta.* Citantur ejus Ἄτακτοι Γλῶσσαι, item Τήλεφος, à Scholiaste Apollonii, lib. IV. ac Γλῶσσαι simpliciter, ab Auctore Etymologici, in Ἑλινός. & Ναξιακὰ, ab Eustathio, ad Odyss. υ. Ἑρμηνεία, à Strabone, lib. III. Citat sæpe & Hesychius, Opere non indicato; & Athenæus. Ac Ναξιακὰ quod attinet, corrigendus est Isacius Tzetzes, in Lycophronem. Φιλητᾶς δὲ, ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν, Βαλεαρίδας αὐτάς φησιν ὕστερον ὀνομασθῆναι. *Philetas verò, Naxiacorum libro tertio, ipsas posteà Balearidas dictas ait.* Perperam editur, Φιλτίας.

CAP. XI.

Pisandrus: ejus Ἡράκλεια. *Herculi primus clavam attribuit, eamque æneam. Interpres Germanici, & Hesychius, emendati. Pisinum Lindium transscripsit: sicut ipsum & Virgilius, Pisinus, auctor Heracleæ. Plato, discipulus Panætii. Polyzelus. Ejus* Ῥοδιακά, *&*, Περὶ Εἱμαρμένης.

Pisan-

Pisandrus, Camiræus. De eo ita Suidas. Πείσανδρος, Πείσωνος καὶ Ἀρισταίχμης, Καμιραῖος, ἀπὸ Ῥόδου. Κάμιρος γὰρ ἦν πόλις Ῥόδου. καὶ τινὲς μὲν αὐτὸν Εὐμόλπου τοῦ ποιητοῦ σύγχρονον, καὶ ἐρώμενον, ἱστοροῦσι. τινὲς δὲ, καὶ Ἡσιόδου πρεσβύτερον. οἱ δὲ, κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ τρίτην ὀλυμπιάδα τάττουσιν. ποίημα δὲ αὐτοῦ, Ἡράκλεια, ἐν βιβλίοις δυσίν. εἰσὶ δὲ τὰ Ἡρακλέους ἔργα· ἔνθα πρῶτος Ἡρακλεῖ ῥόπαλον περιτέθεικε. *Pisandrus, Pisonis & Aristæchmæ filius, Camiræus, Rhodius; nam Camirus urbs erat Rhodi. ac nonnulli quidem ipsum Eumolpi coætaneum, & amasium, commemorant. quidam verò, etiam Hesiodo antiquiorem; quidam rejiciunt in Olympiadem tricesimam tertiam. Poëma ipsius, est Heracléa, libris duobus. continet autem gesta Herculis: primusque illic Herculi attribuit clavam.* Vide Stephanum, in Κάμιρος. Quod poëma ejus attinet, Heracléam, meminit Strabo, lib. XIV. Καὶ Πείσανδρος δ', ὁ τὴν Ἡράκλειαν γράψας, ποιητὴς Ῥόδιος. *Ac Pisandrus, qui Heracléam scripsit, poëta Rhodius.* Quintilianus, Institut. Orat. lib. X. cap. I. *Quid? Herculis acta non benè Pisandrus?* Corrigendum ejus nomen apud Interpretem Germanici. *Peisandrus Rhodius refert, eum, ob primos labores Herculis, memoriæ causâ, honorificè astris illatum.* Malè editur: *Periandrus Rhodius.* Et apud Hesychium, in Νοῦς οὐ παρὰ Κενταύροισι, malè editur Πισαύδρου, pro Πεισάνδρου. Citat eum Scholiastes Aristophanis, ad Nubes. Etymologici Auctor, in Κεραυνύς. Scholiastes Pindari, Pyth. Od. IX. Hyginus, in Poëtico Astronomico, ubi de Leone agit. Stephanus, in Ἀγάθυρσοι, Ἄστακος, & Λυκόζεια: sed alio, ut videtur Opere. etenim, cùm duos tantùm libros Heracléa habuerit, citat X, & XIV. Ait verò Suidas, primum illum Herculi clavam tribuisse, id confirmat Scholiastes Apollonii, qui fuisse illam ait totam ex ære, lib. I. Πείσανδρος δέ φησιν, ὁλόχαλκον εἶναι τὸ ῥόπαλον Ἡρακλέους. *Pisandrus verò ait, clavam Herculis totam æneam fuisse.* Clemens dicit, è Pisino Lindio id Opus totum transscripsisse, Strom. VI. Sicut & ex eo rursum quædam à Virgilio transscripta memorat Macrobius, Saturnal. lib. V. cap. ij. Fulgentius eum citat ut Physicum, ubi de novem Musis agit, Mytholog. lib. I.

Pisinus, Lindius, poëta. Ejus Opus, Ἡράκλεια, quod transscriptum à Pisandro Camiræo, quem jam duxi. Clemens, varia

furta variorum Auctorum referens, Strom. VI. Καὶ Πείσανδρος Καμειρεὺς Πισίνου τοῦ Λινδίου τὴν Ἡράκλειαν. *Et Pisandrus Camiræus Pisini Lindii Heracleam.*

Plato, philoſophus Panætii. Diogenes Laërtius, in Platone Athenienſi, lib. III. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Πλάτων, φιλόσοφος Ῥόδιος, μαθητὴς Παναιτίου, καθά φησι Σέλευκος ὁ γραμματικὸς, ἐν πρώτῳ Περὶ φιλοσοφίας. *Fuit verò etiam alius Plato, philoſophus Rhodius, diſcipulus Panætii: ut tradit Seleucus grammaticus, libro primo De philoſophiâ.*

Polyzelus. Meminit ejus incerto Opere Plutarchus, in Solone. Ἔνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα λέγουσιν, ὧν καὶ Πολύζηλος ὁ Ῥόδιός ἐστι. *Quidam verò, quindecim dicunt, inter quos etiam eſt Polyzelus Rhodius.* Scripſit Ῥοδιακά. Athenæus, lib. VIII. Τὰ δ' αὐτὰ ἱστορήσας καὶ Πολύζηλος, ἐν τοῖς Ῥοδιακοῖς, τὰ περὶ ἰχθύων φησί. *Eadem commemorans Polyzelus, in Rhodiacis, quæ de piſcibus, refert.* Eſtque ſine dubio, ex illo Opere, quod Hyginus, in Poëtico Aſtronomico, nobis tradit. *Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonſtrat, qui Rhodiis auxilio maximo fuiſſe demonſtratur.* Et quæ ſequuntur. An hic ipſe eſt, qui Περὶ Εἱμαρμένης ſcripſit? Nil pronuntio. Alexander Aphrodiſeus, De Animâ, in ipſo fine libri II. Φανερώτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι, ταυτὸν ὂν τὸ καθ' εἱμαρμένην τῷ κατὰ φύσιν, ἐν τῷ Καλλισθένει· καὶ Πολύζηλος δὲ, ἐν τῷ οὕτως ἐπιγραφομένῳ Περὶ εἱμαρμένης συγγράμματι. *Apertiſſimè verò oſtendit Theophraſtus, in Calliſthene, idem eſſe, quod ſecundum fatum eſt, cum eo, quod ſecundum naturam. Polyzelus quoque, in libro, qui De Fato inſcriptus.* Certè alius fuit Comicus; cujus plures ab Auctoribus fabulæ commemorantur: de quo alibi ſe dicendi locus dabit.

CAP. XII.

Poſidonius, variaque ejus Opera. Geminus ſcripſit compendium libri Περὶ μετεώρων. *Ejus ſphæra. Praxiphanes: ejuſque Scripta. Pythagoras: quid ſcripſerit, incertum. Pythion: inter Rei Ruſticæ Auctores. Simmias: ejus varia Opera.*

Poſi-

Posidonius, philoſophus, natus quidem Apameæ, ſed ætatis bonam partem Rhodi egit; prytaniſque, qui ſupremus magiſtratus, illic fuit, ut diſertè Strabo docet, lib. VI. qui & eum inter claros ibi viros refert, lib. XIV. Ποσειδώνιος δ' ἐπολιτεύετο μὲν ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐσοφίστευσεν· ἦν δ' Ἀπαμεὺς, ἐκ τῆς Συρίας. *Poſidonius verò degebat Rhodi, & docebat: erat autem natus Apameæ, in Syriâ.* Suidas. Ποσειδώνιος, Ἀπαμεὺς, ἐκ Συρίας, ἢ Ῥόδιος, φιλόσοφος Στωϊκὸς, ὃς ἐπεκλήθη Ἀθλητής. σχολὴν δ' ἔσχεν ἐν Ῥόδῳ, διάδοχος γεγονὼς, καὶ μαθητὴς, Παναιτίου. ἦλθε καὶ εἰς Ῥώμην, ἐπὶ Μάρκου Μαρκέλλου. ἔγραψε πολλά. *Poſidonius, Apameenſis, Syrus, vel Rhodius, philoſophus Stoicus, cognominatus Athleta. Scholam autem habuit Rhodi: fuitque ſucceſſor, & diſcipulus Panætii. Venit & Romam, ſub Marco Marcello. Scripſit plurima.* Lucianus in Macrobiis. Ποσειδώνιος, ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστορίας συγγραφεύς. *Poſidonius, Apameenſis Syrus, lege verò Rhodius, philoſophus pariter & hiſtoricus.* Et obſerva; non philoſophum duntaxat, ſed hiſtoricum quoque fuiſſe. Itaque ejus

Ἱστορίαι citantur ab Athenæo, lib. VI. Ποσειδώνιος δ' ὁ Ἀπαμεὺς, ὕστερον δὲ Ῥόδιος χρηματίσας, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν. *Poſidonius verò Apameenſis, poſteà Rhodius appellatus, hiſtoriarum libro quarto.* Occurritque harum mentio ſæpiùs apud illum Auctorem: &, ut puto, ex iiſdem ſunt, quæ citantur à Scholiaſte Apollonii, lib. II. Scripſit etiam,

Περὶ ἡρώων, καὶ δαιμόνων. Macrobius, Sat. lib. I. cap. xxiij. *Ut Poſidonius ſcribit, in libris quibus titulus eſt,* Περὶ ἡρώων, καὶ δαιμόνων.

Περὶ θεῶν. Diogenes Laërtius in Zenone, lib. VII. Καὶ Ποσειδώνιος, ἐν τρισκαιδεκάτῳ Περὶ θεῶν. Cicero, De Nat. deorum, lib. I. *Quod familiariùs omnium noſtrûm diſſeruit Poſidonius, in libro quinto De naturâ deorum.*

Περὶ μετεώρων. Diogenes Laërtius, in Zenone, lib. VII. ταύτην δὲ Ποσειδώνιος, ἐν τρίτῳ Περὶ μετεώρων, καὶ κατ' ἐπίνοιαν, καὶ καθ' ὑπόστασιν, ἀπολείπει. Eadem fuerit

Μετεωρολογικὴ στοιχείωσις: quam ibidem citat, non uno loco.

Eamque Geminus in compendium redegit. Simplicius in Physic. lib. II. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος φιλοπόνως λέξιν τινὰ τοῦ Γεμίνου παρατίθησιν, ἐκ τῆς ἐπιτομῆς τῶν Ποσειδωνίου Μετεωρολογικῶν.

Περὶ μαντικῆς. Cicero, De Divinatione, lib. I. *Accessit, acerrimo vir ingenio, Chrysippus, qui totam* De Divinatione *duobus libris explicavit sententiam; uno præterea de oraculis, uno de somniis: quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit, duo Antipater, quinque noster Posidonius.* Observa autem, quinque libris illud opus comprehensum: ac quintus ejus à Diogene memoratur, loco citato. Καὶ Ποσειδώνιος, ἐν τῷ δωδεκάτῳ τοῦ φυσικοῦ λόγου, καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ Περὶ μαντικῆς. Ejus Operis, ut existimo, pars fuerit,

Περὶ παλμῶν. Meminit hujus Nonnus Monachus, in Collect. Hist. cap. LXXII. & Suidas, in Οἰωνιστικὴ, & Ποσειδώνιος.

Plurima ejus, philosophica, memorantur à Diogene, in citato jam Zenone, lib. VII. Περὶ κριτηρίου. Περὶ παθῶν. Ἠθικὸς λόγος. Προτρεπτικά. Περὶ καθηκόντων. Φυσικὸς λόγος. Περὶ κόσμου. Περὶ εἱμαρμένης. Fuit quoque Opus grammaticum,

Εἰσαγωγὴ περὶ λέξεως. Idque ipsum esse censeo, quod citatur ab Auctore Etymologici, in ὀψίς: & Homeri Scholiaste, ad Iliad. χ′. Ejus liber,

Πρὸς Ζήνωνα τὸν Σιδώνιον, citatur à Proclo in Euclidem, lib. III.

Τέχνη τακτική. Citatur ab Æliano, Tactic. cap. I. ὁ δὲ στωϊκὸς Ποσειδώνιος, καὶ Τέχνην τακτικὴν ἔγραψεν.

Denique & sphæram fecit, de quâ Cicero, De Nat. deorum, lib. II. *Si in Scythiam, aut Britanniam, sphæram aliquis tulerit hanc, quam nuper familiaris noster effecit Posidonius, cujus singulæ conversiones idem efficiunt in sole, & in lunâ, & in quinque stellis errantibus, quod efficitur in cælo singulis diebus, & noctibus.*

Praxiphanes. Et hic quoque inter viros Rhodi claros recensetur à Strabone, lib. XIV. Meminitque ejus Clemens, Strom. I. & Hesychius, in Διατροχάδες. Scripsit

Περὶ ἱστορίας. Marcellinus, in Vitâ Thucydidis. Συνεχρόνισε δ', ὡς φησὶ Πραξιφάνης, ἐν τῷ Περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ.

Διατριβὴ Ἰσοκράτους, καὶ Πλάτωνος. Diogenes Laërtius, in Platone,

tone, lib. III. ὁ δὲ οὖν φιλόσοφος, (ὁ Πλάτων,) καὶ Ἰσοκράτει φίλος ἦν. καὶ αὐτὸν Πραξιφάνης συνέγραψε διατριβήν τινα, περὶ ποιητῶν γενομένην.

Commentarium quoque in Sophoclem ſcripſiſſe, indicat ejus Scholiaſtes in Oed. Col. Τῶν δὲ ἐξηγησαμένων ἁπάντων Πραξιφάνης δοκεῖ ἄμεινον ἀποδιδόναι.

Pythagoras. Meminit ejus Porphyrius, in Fragmento, apud Euſebium, De Præp. Euang. lib. V. cap. viij.

Pythion. Recenſetur inter Rei Ruſticæ Scriptores à Varrone, De R. R. lib. I. cap. I.

Simmias. Strabo, lib. XIV. Καὶ Πείσανδρος δ', ὁ τὴν Ἡράκλειαν γράψας ποιητής, Ῥόδιος· καὶ Σιμμίας γραμματικός. De eo, ſcriptiſque, ita Suidas. Σιμμίας, Ῥόδιος, γραμματικός· ἔγραψε Γλώσσας, βιβλία γʹ. ποιήματα, διάφορα βιβλία δʹ. ἦν δὲ τὸ ἐξαρχῆς Σάμιος, ἐν δὲ τῷ ἀποικισμῷ τῆς Ἀμοργοῦ, ἐστάλη καὶ αὐτὸς ἡγεμὼν ὑπὸ Σαμίων. ἔκτισε δὲ Ἀμοργὸν εἰς τρεῖς πόλεις, Μινώαν, Αἰγιαλὸν, Ἀρκεσίνην. γέγονε δὲ κατὰ υϛʹ ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. ἔγραψε κατά τινας πρῶτος ἰάμβους, καὶ ἄλλα διάφορα, Ἀρχαιολογίαν τε τῶν Σαμίων. Hujus exſtant Poëmatia, Ὠὸν, Πτερύγιον, Πέλεκυς, Σύριγξ, Βωμός. Quanquam Βωμὸς eſt Doſiadæ, uti dixi Attic. Lect. lib. III. cap. xvij. Πέλεκυς, & Σύριγξ, à quibuſdam etiam Theocrito attribuuntur. Præter iſta, ejus Γοργὼ & ab Athenæo, lib. XI. Μῆνες, à Stephano, in Ἀμύκλαι. Ἀπόλλων, à Joanne Tzetze, in Chiliadibus Var. Hiſt. Incerto verò Opere, apud Clementem, Strom. V. Parthenium, Erotis. cap. XXXIII. Nemeſium, De Hom. cap. II. Heſychium, in Πτωκάς. Strabo, ex poëmate quodam, Δωδὼ, pro Δωδώνην citat, lib. VIII.

CAP. XIII.

Socrates: ſcripſit, De bello civili. Stratocles, ejuſque Tactica. Timachidas, ejuſque Γλῶσσαι, *&* Δεῖπνον. *Timarchus. Ejus Opus,* Περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ. *Timocreon: ejuſque in Simonidem, & Themiſtoclem ſcripta. Simonidis in illum epitaphium. Timoſthenes. Ejus* Σταδιασμὸς, Λιμένες, *&* Ἐξηγητικόν. *Zeno: de Rhodo ſcripſit librum ſingularem.*

Socrates. Scripsit, De bello civili. Athenæus, lib. IV. Σωκράτης δὲ ὁ Ῥόδιος, ἐν τρίτῳ ἐμφυλίου πολέμου, τὸ Κλεοπάτρας ἀναγράφων συμπόσιον, τῆς τελευταίας Αἰγύπτου βασιλευσάσης, γημαμένης δ' Ἀντωνίῳ, Ῥωμαίων στρατηγῷ, ἐν Κιλικίᾳ, φησὶν οὕτως.

Stratocles. Recensetur inter viros Rhodi illustres à Strabone, lib. XIV. Scripsit, Περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον τακτικῆς. Ælianus, Tact. cap. I. Καὶ περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον τακτικῆς ἐνετύχομεν συγγραφεῦσι, Στρατοκλεῖ τε, Ἑρμείᾳ, καὶ Φρόντωνι τῷ καθ' ἡμᾶς, ὑπατικῷ ἀνδρί.

Theodorus. Suid. II. 220.

Timachidas. Athenæus, lib. XV. Τιμαχίδας δὲ καὶ Σιμμίας οἱ Ῥόδιοι ἀποδιδόασιν ἓν ἀνθ' ἑνός. Inter ejus scripta,

Γλῶσσαι. Athenæus, lib. II. Ἑρμῶναξ δὲ, καὶ Τιμαχίδας, ἐν Γλώσσαις, Διὸς βάλανον, φασὶ καλεῖσθαι τὸ ποντικὸν κάρυον. Et ex iis quædam citat libris IX. & XV: item Etymologici Auctor, in καραδοκῶ: Hesychius, in Πυριβρεμέτας: ac Scholiastes Euripidis, in Medeam. Etiam,

Δεῖπνον. Citatque nonum Operis librum Athenæus, lib. VII. Καὶ Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος, ἐν τῷ ἐννάτῳ τοῦ Δείπνου. Scripsit autem versibus libros undecim, & plures. Idem, lib. I. Δείπνων ἀναγραφὰς πεποίηνται ἄλλοι τε, καὶ Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος, δι' ἐπῶν, ἐν ἕνδεκα βιβλίοις, ἢ καὶ πλείοσι. Suidas. Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος οὗτος Δείπνων ἀναγραφὰς πεποίηται ἐν βιβλίοις ἕνδεκα δι' ἐπῶν. Ex hoc Opere citat quoque eum Eustathius, in Iliad. π'.

Timarchus. Harpocration, in Ἀργᾶς. Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος, οὐ κατὰ γλῶτταν καλεῖσθαι τὸν ὄφιν ἀργᾶν φησιν, ἀλλὰ γένος τι εἶναι ὄφεων τὸν ἀργᾶν. Quæ etiam totidem verbis Suidas, in eâdem dictione. Meminit ejus quoque Euripidis Scholiastes, ad principium Medeæ. Citatur Timarchi liber quartus, Περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ, apud Athenæum, lib. XI.

Timocreon. Comicus, veteris comœdiæ. Graves inimicitias gessit cum Simonide, ac Thucydide: in quem carmine melico vituperationem texuit. quin comœdiam quoque scripsit in utrunque. Suidas. Τιμοκρέων, Ῥόδιος, κωμικὸς, καὶ αὐτὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. διεφέρετο δὲ πρὸς Σιμωνίδην, τὸν τῶν μελῶν ποιητὴν, καὶ Θεμιστοκλέα, τὸν Ἀθηναῖον· εἰς ὃν ἐξύφανε ψόγον δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος. ἔγραψε δὲ

κω-

κωμῳδίαν, εἴς τε τὸν αὐτὸν Θεμιστοκλέα, καὶ εἰς Σιμωνίδην τὸν μελοποιόν. καὶ ἄλλα. Scripsit verò, præter comœdiam, etiam melica quædam carmina; & in istis, vituperium Themistoclis; ut videmus in citatis Suidæ verbis. itaque Melicus dicitur à Scholiaste Aristophanis, ad Acharmenses. Τιμοκρέων δὲ ὁ Ῥόδιος, μελοποιὸς, τοιοῦτον ἔγραψε κατὰ τοῦ πλούτου. Et observa illic quoque Scolium, quod in Plutum scripsit. Ita etiam Plutarchus; qui & versus aliquot profert ex Themistoclis vituperio, cujus nobis mentionem Suidas facit. Plutarchi verba ecce ista, in Themistocle. Τιμοκρέων δ' ὁ Ῥόδιος, μελοποιὸς, ἐν ᾄσμασι καθάπτεται πικρότερον τοῦ Θεμιστοκλέους. Et quæ sequuntur. Meminitque ibidem ejus iterum, ac tertiùm. Ælianus, etiam athletam facit, & inter voraces aliquot eum refert, Var. Hist. lib. I. cap. xxvij. Ἀδδηφάγους λέγουσιν ἀνθρώπους γεγονέναι, Πιτυρέα τὸν Φρύγα, καὶ Κάμβητα τὸν Λυδὸν, καὶ Θῦον τὸν Παφλαγόνα, καὶ Χαρίδαν, καὶ Κλεώνυμον, καὶ Πίσανδρον, καὶ Χάριππον, καὶ Μιθριδάτην, καὶ Καλαμόδρυν τὸν Κυζικηνὸν, καὶ Τιμοκρέοντα τὸν Ῥόδιον, ἀθλητὴν ἅμα καὶ ποιητήν. Et Athenæus, lib. X. Καὶ Τιμοκρέων δ' ὁ Ῥόδιος, ποιητὴς, καὶ ἀθλητὴς πένταθλος, ἐνέφαγε, καὶ ἔπιε. ὡς τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ.

Πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Est verò Epigramma illud Simonidis, qui privatam injuriam, quam memoravi jam ex Suida, eo modo vindicavit. Vide Anthologiæ librum III. cap. vj. nam Simonidis ibi nomen Epigramma istud præfert. Meminit Timocreontis etiam Hephæstion Alexandrinus, in principio Enchiridii. Καὶ Τιμοκρέοντος, ἐκ τῶν Ἐπιγραμμάτων. Ac rursum posteà, ubi tamen Siculum facit. τῷ δὲ καθαρῶς ἐφθημιμερεῖ ὅλον ᾆσμα Τιμοκρέων συνέθηκε Σικηλὸς, κομψὸς ἀνήρ.

Timosthenes. Geographus Marcianus, in Periplo. Οἱ γὰρ δὴ δοκοῦντες ταῦτα μετὰ λόγων ἐξητακέναι, Τιμοσθένης ὁ Ῥόδιος ἐστὶν, ἀρχικυβερνήτης τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου γεγονὼς, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἐρατοσθένης. Ejus

Σταδιασμὸς citatur à Stephano, in Ἀγάθη. Τιμοσθένης δὲ, ἐν τῷ Σταδιασμῷ, ἀγαθὴν τύχην αὐτὴν φησίν.

Λιμένες. Strabo, lib. II. Ἐστὶ δὲ τοσοῦτο τῶν ἁμαρτανομένων ἐν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους τὸ πλῆθος, καὶ ἔτι Τιμοσθένους, τοῦ τοὺς Λιμένας συγγράψαντος.

Ἐξηγητικόν. Scholiaſtes Apollonii, lib. III. ὅτι δὲ τὴν Δαίραν Περσεφόνην καλοῦσι, Τιμοσθένης, ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ, συγκατατίθησι. Citatur ſæpè, Opere non nominato, à Strabone: item à Stephano, in Ἀλεξάνδρεια, Ἀπία, Ἀργαίκη; à Scholiaſte Apollonii, lib. II: & Theocriti, Idyll. XIII.

Zeno. Scripſit. De rebus Rhodiis; unico libro. Diogenes Laërtius, in Zenone Cittienſi, ubi plures nominis iſtius memorat, lib. VII. Γεγόνασι δὲ Ζήνωνες ὀκτώ· πρῶτος, ὁ Ἐλεάτης, περὶ οὗ λέξομεν. δεύτερος, αὐτὸς οὗτος· τρίτος, Ῥόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἑνιαίαν. Diodorus Siculus, lib. V. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχαιολογουμένων παρὰ Ῥοδίοις, οὕτω τινὲς μυθολογοῦσιν· ἐν οἷς ἐστι καὶ Ζήνων, ὁ τὰ περὶ ταύτης συνταξάμενος.

C A P. XIV.

Quatuor Rhodus terræ motibus infeſtata; uno, quo Coloſſus cecidit, multo ante Cæſarum Romanorum tempora; tribus reliquis, ſub iiſdem: nempe Antonino Pio, Conſtantio, & Anaſtaſio. Euagrius, & Nicephorus Calliſtus, explicati. Diluvia quoque totidem paſſa eſt: unum, tempore Telchinum; cætera, poſt urbem conditam.

Quater Rhodus terræ motu graviter concuſſa fuit. Ac priore, coloſſus concidit, anno II Olympiadis CXXXVIII. Ita enim Auctor Chronici Alexandrini, in illo anno. Καρία, καὶ Ῥόδος, ἐσείσθη· ὡς καὶ τὸν Κολοσσὸν ἐν Ῥόδῳ πεσεῖν. *Caria, & Rhodus, terræ motu concuſſæ: ita ut coloſſus Rhodi procideret.* Euſebius, non conſtat ſibi: & modò refert Olympiadis CXXXIX annum II, modò ſecundum centeſimæ ſexageſimæ octavæ: ac cum eo Hieronymus. Eſtque hic iſte, de quo Pauſanias, in Corinthiaris. Ἐκάκωσε δὲ (ὁ σεισμὸς) καὶ περὶ Καρίαν, καὶ Λυκίαν, τὰς πόλεις, καὶ Ῥοδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος. *Afflixit verò (terræ motus) Cariæ, & Lyciæ, urbes: & Rhodiis maximè concuſſa eſt inſula.* Et Juſtinus, lib. XXX. *In Aſiâ quoque eodem die idem motus terræ Rhodum gravi, multaſque alias civitates, gravi ruinarum labe concuſſit.* Vide ſupra, lib.

lib. I. cap. XIV. Alter, fuit tempore Antonini Pii Imp. Julius Capitolinus, in ejus Vitâ. *Adversa ejus temporibus hæc provenerunt: fames, de quâ diximus, circi ruina, terræ motus, quo Rhodiorum, & Asiæ, oppida conciderunt: quæ omnia mirificè instauravit.* Et, ecce, instauravit eam Antoninus. Idem dicit & Pausanias, in Corinthiacis. Κῶν τε, καὶ Ῥόδον, ἀνέτρεψε μὲν βίαιος εἰς αὐτὰς καταςκήψας σεισμός. βασιλεὺς δὲ Ἀντωνῖνος (ὁ Εὐσεβὴς) καὶ ταύτας ἀνεσώσατο δαπανημάτων τε ὑπερβολῇ, καὶ ἐς τὸν ἀνοικισμὸν προθυμίᾳ. *Coon etiam, & Rhodum, cùm vehemens terræ motus evertisset, eas Antoninus (Pius) infinitis propè sumptibus, & propensissimo in instaurationem adfectu, restituit.* Estque de hoc ipso Rhodiaca Aristidis. Tertius, sub Constantio accidit, anno imperii ejus octavo. Cedrenus, in ejus rebus. Τῷ ὀγδόῳ ἔτει, σεισμοῦ μεγάλου γενομένου, Ῥόδος ἡ νῆσος κατέπεσε. *Octavo anno, magno oborto terræ motu, Rhodus insula collapsa est.* Quartus verò, ultimusque, Anastasii temporibus fuit. Euagrius, in rebus ejus tempore gestis, Hist. Eccles. lib. III. cap. XLiij. Πέπονθε δὲ ὑπὸ σεισμῶν ἐξαισίων ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις καὶ ἡ Ῥόδος τρίτον ἐκεῖνο πάθος ἀωρὶ τῶν νυκτῶν. *Temporibus verò iisdem Rhodus ingenti terræ motu jam tertium nocte intempestâ est concussa.* Ubi quoque observandum, quod tum tertiùm evenisse illud dicat, cùm omninò quartùm fuerit, ut ostendi. Sed nimirùm voluit dicere; tertiùm sub Imperatoribus id Romanis factum esse: & hoc verum. Idem quoque Nicephorus Callistus tradit, lib. XVI. cap. xxxviij. Ἡ δὲ Ῥόδος, ἀνὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τρίτον ἤδη σεισμῷ πέπονθεν ἐξαισίῳ πάθος ταὐτὸ, νυκτὸς ἐν τῷ πορρωτάτῳ. *Rhodus verò, per idem tempus, tertiùm jam vehementi terræ motu est adflicta, idque nocte intempestâ.* Uti verò terræ motus quatuor est passa Rhodus, sic diluvia. Primum accidit, cùm incolerent Telchines: meminitque Diodorus, lib. V. Χρόνῳ δ' ὕστερον, προαισθομένους τοὺς Τελχῖνας τὸν μέλλοντα γίνεσθαι κατακλυσμὸν, ἐκλιπεῖν τὴν νῆσον, καὶ διασπαρῆναι. *Post hæc verò Telchinas, cùm diluvium, quod instabat, præsentirent, insulam deseruisse, atque dissipatos esse.* Et hoc quidem multo ante urbem conditam: postquàm verò condita fuit, tria alia est experta. Horum duo, & minora, quando evenerint, est incertum: tertium, gravissimumque, incidit in centesi-

tesimæ & decimæ sextæ Olympiadis annum primum. Indicat id Diodorus, in ejus anni rebus gestis, lib. XIX. Κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους συνέβη γενέσθαι περὶ τὴν τῶν Ῥοδίων πόλιν τὸν τρίτον κατακλυσμὸν, ὃς πολλοὺς τῶν ἐνοικούντων διέφθειρεν. ὧν ὁ μὲν πρῶτος, ὀλίγα τοῖς ἀνθρώποις ἐνώχλησεν, ὡς ἂν τῆς πόλεως οὔσης νεοκτίστου, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν εὐρυχωρίαν ἐχούσης. ὁ δὲ δεύτερος, μείζων ἐγένετο, καὶ πλείω σώματα διέφθειρε. ὁ δὲ τελευταῖος, ἐπέπεσε μὲν ἔαρος ἀρχομένου, καταρραγέντων ἐξαίφνης μεγάλων ὄμβρων, καὶ χαλάζης ἀπίστου τὸ μέγεθος. *His temporibus tertium urbi Rhodiorum diluvium accedit, incolarum plurimis exitiosum. Et eorum primum quidem, non tam magnum hominibus nocumentum dedit, quia urbs tum recens condita, admodumque spatiosa. alterum verò, majus fuit, & perniciem multis tulit. at postremum, in principium veris incidit, cùm ingentes derepentè imbres effunderentur; item grando, non credendæ magnitudinis.* Ac descriptionem illic porrò ampliorem vide.

CAP. XV.

Fortuna varia. Athenis subjecta, se in libertatem vindicat. A Mausolo in paucorum potestatem redigitur. Ab Artemisiâ expugnatur. Alexandro sese dedit. A Demetrio, & Mithridate, frustra obsidetur, & oppugnatur: idque dum fit, summâ in eorum statuas animi moderatione usa fuit. A C. Cassio capitur, diripiturque.

Præter terræ motus autem, & diluvia, multa adversa toleravit. Alcibiades, Olympiadis tertiæ & nonagesimæ anno primo, quo urbs condita, insulam universam diripuit, & in potestatem redegit. Diodorus, in ejus anni rebus gestis, lib. XIII. Αὐτὸς δὲ (ὁ Ἀλκιβιάδης) μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκπλεύσας, τήν τε Κῶ, καὶ Ῥόδον, ἐδήωσε. *Ipse verò (Alcibiades) cum exercitu hinc vela faciens, Con, & Rhodum, devastavit.* Itaque & naves posteà velut subjugatæ imperat, & abducit. Diodorus idem, ibidem. Ἐκπλεύσας δὲ εἰς Ῥόδον, καὶ προσλαβόμενος ἐκεῖθεν ναῦς, ὅσας εἶχον αἱ πόλεις, ἔπλευσεν εἰς Ἔφεσον, καὶ Μίλητον. *Mox in Rhodum transvectus, & assumptis inde navi-*

navibus, quotquot urbibus ſuppetebant, Epheſum, & Miletum, contendit. Quanquam ſanè mox cum Chiis, & Byzantiis, inito fœdere, rurſum ſe in libertatem vindicavit. Libanius, in Argumento Orationis Demoſthenis, De libertate Rhodiorum. Τὸν συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον ἤραντο πρὸς Ἀθηναίους Χῖοι, καὶ Ῥόδιοι, καὶ Βυζάντιοι, πρότερον μὲν αὐτῶν ὑπήκοοι γεγονότες. *Bellum, quod Sociale dictum fuit, ſuſceperunt adverſus Athenienſes Chii, & Rhodii, & Byzantii, qui anteà quidem ſubditi illorum fuerant.* Meminitque initi ab iſtis belli Iſocrates, in Orat. De Permut. ac pacem cum his fieri ſuadet in Orat. de Pace. Idque factum Olymp. CVI anno iij: ut eſt videre apud Diodorum, lib. XVI. Aliquanto poſt Mauſolus libertatem urbi eripit, & paucorum in poteſtatem illam tradit: uti ſuprà à me dictum, lib. I. cap. xviij. Inde uxor eadem, & ſoror ejus, Artemiſia, ſtrategematē urbem cepit, principeſque interfecit, ſtatuaſque duas poſuit, ex ære utranque; unam, urbis Rhodiorum; alteram, imaginis ſuæ; Rhodiorum civitati ſtigmata ſua imponentis. Vitruvius, lib. II. cap. viij. *Poſt mortem Mauſoli, Artemiſiâ, uxore ejus, regnante, Rhodii, indignantes, mulierem imperare civitatibus Cariæ totius, armatâ claſſe profecti ſunt, ut id regnum occuparent. Tum, Artemiſiæ cùm id eſſet renunciatum, in eo portu abſtruſam claſſem, celatis remigibus, & epibatis comparatis, reliquos autem cives in muro eſſe juſſit. Cùm autem Rhodii ornatam claſſem in portum majorem expoſuiſſent, plauſum juſſit ab muro his darent, pollicerique ſe oppidum tradituros. qui cùm penetraſſent intrà murum, relictis navibus inanibus, Artemiſia, repente foſſâ factâ, in pelagus eduxit claſſem ex portu minore, & ita invecta eſt in majorem. Expoſitis autem militibus, & remigibus impoſitis, claſſem Rhodiorum inanem abduxit in altum. Ita Rhodii, non habentes, quò ſe reciperent, in medio concluſi, in ipſo foro ſunt trucidati. Ita Artemiſia, in navibus Rhodiorum ſuis militibus, & remigibus impoſitis, Rhodum eſt profecta. Rhodii autem, cùm proſpexiſſent, ſuas naves laureatas venire, opinantes cives victores reverti, hoſtes receperunt. Tunc Artemiſia, Rhodo captâ, principibus occiſis, trophæum in urbe Rhodo victoriæ ſuæ conſtituit, æneaſque duas ſtatuas fecit: unam, Rhodiorum civitatis; alteram,*

ſuæ imaginis; & iſtam, figuravit Rhodiorum civitati ſtigmata imponentem. Huc Demoſthenis illa pertinent, in Orat. de Rhod. libertate. Ἐγὼ νομίζω, πράττοντος μὲν ἐν Αἰγύπτῳ, ὅσ᾽ ὥρμηκε, βασιλέως, σφόδρα ἂν Ἀρτεμισίαν πειραθῆναι περιποιῆσαι Ῥόδον αὐτῷ. *Equidem exiſtimo, ſi regi omnia in Ægypto, quæ inſtituit feliciter ſuccedant, Artemiſiam conaturam Rhodum illi in manum tradere.* Et poſteà. Οὐδὲ Μαυσώλου ζῶντος, οὐδὲ τελευτήσαντος ἐκείνου, τὴν Ἀρτεμισίαν οὐδεὶς ἔσθ᾽ ὁ διδάξων, μὴ καταλαμβάνειν Κῶν, καὶ Ῥόδον. *Neque vivente Mauſolo, aut defuncto, quiſquam docuit Artemiſiam, Con, & Rhodum, occupari non debere.* Inde Alexander Magnus ſuam in poteſtatem redegit. Curtius, lib. IV. *Rhodii urbem ſuam, portuſque, dedebant Alexandro.* Juſtinus, lib. XI. *Inde Rhodum Alexander, Ægyptum, Ciliciamque, ſine certamine recipit.* Gotfridus Viterbienſis Chron. Parte XI. *Tyrum, & Sidonem, (Alexander) cepit: Siciliam, Rhodum, & Ægyptum, ſuæ ditioni ſubjecit.* Et is eam in majus auxit; ac præ cæteris adeò quoque honoravit, uti teſtamentum ſuum hîc deponeret. Diodorus de Rhodo loquens, lib. XX. Τὸν γὰρ πλεῖστον ἰσχύσαντα τῶν μνημονευομένων Ἀλέξανδρον, προτιμήσαντ᾽ αὐτὴν μάλιστα τῶν πόλεων, καὶ τὴν ὑπὲρ ὅλης τῆς βασιλείας διαθήκην ἐκεῖ θέσθαι, καὶ τἄλλα θαυμάζειν, καὶ προάγειν εἰς ὑπεροχήν. *Alexandrum verò, eorum qui memorantur potentiſſimum, habito illi ſupra cæteras urbes honore, ſuum ibi de imperio univerſo teſtamentum depoſuiſſe: tum & aliàs admiratum, ad excellentiam provexiſſe.* Ac permanſit inde in pace, floruitque maximopere, eò uſque, dum Antigonus, miſſo cum exercitu Demetrio filio, incurſaret, integrumque eam annum obſideret. Olympiadis CXVIII anno iv, & CXIX anno 1. Vide Diodorum Siculum, libro citato: & Plutarchum, in Demetrio. Meminit Vitruvius, lib. X. cap. xxij. Athenæus, lib. V. Pauſanias, in Atticis. Atque ut Demetrius nequiit expugnare, ita etiam Mithridates. Aurelius Victor, De Viris Illuſtr. ubi de Mithridate agit, cap. LXXVI. *Græciam, inſulaſque omnes, exceptâ Rhodo, occupavit.* Fuſè omnem rem enarrat Appianus, libro De bellis Mithridatis. De utroque Rege repulſo, gloriantur Alexander Mnaſeasque, apud eundem, De bell. civil. lib. IV. Τὸ γὰρ πλῆθος ἐδημαγώγουν Ἀλέξανδρός τε καὶ Μνασέας, ἀναμιμνήσκοντες, ὅτι καὶ Μιθριδάτης πλέο-

πλέοσι ναυσὶ ἐπιπλεύσειε τῇ Ῥόδῳ, καὶ Δημήτριος ἔτι πρὸ τῦ Μιθριδάτε. *Populum verò agitabant Alexander Mnaseasque; in memoriam revocantes, quanto pluribus navibus Mithridate, Rhodum invasisset, & Demetrius quoque ante Mithridatem.* Et mox Archelaus, in Oratione ad Cassium. Μηδὲ ἐκλάθῃ, ὅσα Ῥόδιοι κατὰ πόλεις, καὶ πρὸς βασιλέας ἄλλους τε, καὶ τὸν ἀμάχους δόξαντας εἶναι, Δημήτριον, καὶ Μιθριδάτην, ὑπὲρ ἐλευθερίας ἔπραξαν. *Neque obliviscare, quanta Rhodiæ civitates & contra reges, tum alios, tum potentissimos omnium visos, Demetrium, & Mithridatem, pro libertate gesserint.* Et humanitas Rhodiorum in utrunque istum Regem summa omninò prædicatur, quod, vexati acri bello, tamen statuis pepercerint, quæ in urbe suâ erant. Cicero, Verr. II. *Cùm Rhodii bellum illud prope soli superiùs cum Mithridate rege gesserint, omnesque ejus copias, acerrimumque impetum, manibus, littoribus, classibusque suis exceperint, cùm & Regis inimici præter cæteros essent, statuam ejus, quæ erat apud ipsos celeberrimo urbis loco, ne tum quidem in ipsis urbis periculis attigerunt.* Vides ibi, statuâ abstinuisse Mithridatis: de Demetrii verò statuâ, pluribus agit Diodorus, quem videto, lib. XX. Bello civili, expugnavit C. Cassius, & diripuit: ut videre est apud Appianum, libro citato. & paucis verbis etiam Plutarchus dicit, in Vitâ Bruti. Κάσσιος μὲν, ἑλὼν Ῥόδον, οὐκ ἐπιεικῶς ἐχρῆτο τοῖς πράγμασι. *Cassius quidem, cùm Rhodum cepisset, duriùs in illam consuluit.* Zonoras, Annal. II. Καὶ Κάσσιος μὲν, ναυμαχίᾳ τὸν Ῥοδίους ἐνίκησε, καὶ τὰς ναῦς αὐτῶν ἀφείλετο, καὶ τὰ χρήματα. *Et Cassius, pugnâ navali vicit Rhodios; navesque ac pecunias, ademit.* Meminit quoque Dion Cassius, lib. XLVII: & Brutus, in Epistolis aliquot.

CAP. XVI.

Amica, & socia, populi Romani, à Sylla facta. Romanos, bello Mithridatis profugos, benignè excipit. Variè fida, aut infida, perdit libertatem, & recipit: Claudiusque Imperator adimit; & mox restituit, Nerone orante. Vespasianus, in provinciæ formam redigit. Themati Cibyrrhæotarum à Constantino Magno insita. Christiana, etiam facta, & episcopalis sedes, quotum locum obtinuerit. Codini locus emendatus.

Rerum dominis Romanis, variâ fortunâ usa est: initio amica, & socia. Livius, lib. XLV. *Diu negantes, perpulerunt, ut moram navigationis brevem pro salute sociæ urbis* (de Rhodo loquitur,) *paterentur.* A. Gellius, lib. VII. cap. iij. *Rhodiensis civitas, quum amica, atque socia, populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est.* Idque à Sulla illi datum. Appianus, de Sylla loquens, lib. De bell. Mithrid. καὶ Ῥοδίους, καὶ Μαγνησίαν, καὶ τινὰς ἄλλους, ἢ συμμαχίας ἀμειβόμενος, ἢ ὧν διὰ προθυμίαν ἐπεπόνθεσαν, ἐλευθέρους ἠφίει, καὶ Ῥωμαίων ἀνέγραφε φίλους. *Et Rhodios, Magnesiam, & alios quosdam, vel in auxiliorum præmium, vel in solatium malorum, vel quæ ob studium in Romanos pertulerant, liberos dimisit, & inter amicos populi Romani adscripsit.* Et antiquo fœdere conjungebatur. Jornandes, De Regn. Successſ. *Rhodus, opinatissima insula, & totius Adriæ insularum metropolis, penè cum omnibus Cycladibus arma pertimescens Romana, jamdudum se fœderatam populo illi conjunxerat.* Appianus, De bell. civil. lib. IV. τὸν Κάσσιον ἠξίουν, μήτε Ῥόδου καταφρονεῖν, μήτε συνθηκῶν, αἳ Ῥοδίοις εἰσὶ καὶ Ῥωμαίοις. *Rogabant Cassium, ne Rhodum contemneret, neve fœdera, inter Rhodios, & Romanos, icta.* Itaque bello Mithridatico profugos Romanos excipiunt, & tutantur. Appianus, De bell. Mithrid. ὅσοι τε Ἰταλοὶ ἐξ Ἀσίας ἀπεφεύγεσαν, εἰς Ῥόδον ἅπαντες ἐχώρουν. *Et quotquot Itali evaserant ex Asiâ, omnes Rhodum se conferebant.* Itaque eorum fidem hanc ob rem Vellejus laudat, ubi de Mithridate loquitur, & horrendâ

rendâ omnium per Asiam cæde Romanorum, lib. II. *Quo tempore neque fortitudine adversus Mithridatem, neque fide in Romanos, quisquam Rhodiis par fuit.* Sed à fide defecerunt bello Macedonico, cum Perse rege. Vellejus, lib. I. *Rhodii quoque, fidelissimi antea Romanis, tum dubiâ fide, speculati fortunam, proniores regis partibus fuisse visi sunt.* Cæsar, in Oratione suâ, apud Salustium, in Bello Catilinario. *Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas, magna, atque magnifica, quæ populi Romani opibus creverat, infida, atque adversa nobis fuit.* Videndus quoque Livius, lib. XLV. Zonaras, Annal. II. & A. Gellius, lib. VII. cap. iij. Et aliam perfidiam narrat Lentulus apud Ciceronem, lib. XII. epist. xv. *Rhodum reverti, confisus auctoritate vestrâ, senatusque consulto, quo hostem Dolabellam judicaratis: fœdere quoque, quod cum his M. Marcello, Servio Sulpitio, renovatum erat: quo juraverant Rhodii, eosdem hostes se habituros quos S. P. Q. R. Quæ res nos vehementer fefellit. Tantùm enim abfuit, ut illorum præsidio nostram firmaremus classem, ut etiam à Rhodiis urbe, portu, statione, quæ extra urbem est, commeatu, aquâ denique prohiberentur nostri milites.* Inde, cùm Romanos quosdam in crucem egissent, ademit eis libertatem Claudius Cæsar, anno urbis conditæ DCCXCVII. imperii verò sui IV. Dion Cassius, in ejus anni rebus gestis, lib. LX. Τῶν τε Ῥοδίων ἐλευθερίαν ἀφείλετο, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἀνεσκολόπισαν. *Rhodios libertate privavit, quod Romanos quosdam in crucem sustulissent.* Quam reddidit tamen anno DCCCVI, imperii ultimo. Tacitus, Annal. XII. *Redditur Rhodiis libertas, adempta sæpè, aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant.* Suetonius, in ejus Vitâ, cap. XXV. *Libertatem Rhodiis, ob pœnitentiam veterum delictorum reddidit.* Atque illud Græcè orante Nerone, paulo pòst imperatore: Idem, in ejusdem vitâ, cap. VII. *Apud eundem (Claudium) consulem pro Bononiensibus Latinè, & pro Rhodiis, atque Iliensibus, Græcè verba fecit.* Quod ademptam autem Tacitus sæpè libertatem dicit, id est verum: & Antonii circa tempora idem factum, meminit Seneca, De Benef. lib. V. *Ingratus Antonius in dictatorem suum, quem jure cæsum pronuntiavit, interfectoresque ejus in provincias,*

& imperia, dimisit: patriam verò proscriptionibus, incursionibus, bellis laceratam, post tot mala, destinavit ne Romanis quidem regibus: ut, quæ Achæis, Rhodiis, & plerisque urbibus claris, jus integrum, libertatemque cum immunitate reddiderat, ipsi tributum spadonibus penderet. Denique tertiùm, & postremum, Vespasianus, cum plurimis aliis insularum, in provinciæ formam redegit. Suetonius, in ejus Vitâ, cap. VIII. *Achiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, libertate ademptâ, in provinciarum formam redegit.* Sextus Rufus, in Breviario. *Rhodus, & insulæ, primùm liberæ agebant: posteà in consuetudinem parendi, Romanis clementer provocantibus, pervenerunt: & sub Vespasiano insularum provincia facta est.* Paulus Diaconus, in Vespasiani rebus, Hist. Misc. lib. IX. *Rhodus, Byzantium, Samus, quæ liberæ ante id tempus fuerant, tunc primùm redactæ in provinciarum formam, Romanis judicibus, legibusque paruerunt.* Factâ verò Imperii divisione à Constantino Magno Cæsare, & thematibus constitutis, in themate Cibyrrhæotarum collocata est. Constantinus Porphyrogeneta, de Cibyrrhæotis agens, Them. XIV. Ἡ δὲ Ῥόδος ἡ νῆσος, μέση κεῖται τοῦ θέματος. *Rhodus autem insula, in medio thematis sita est.* Christiana facta, & episcopatu ornata, sedem tenuit XXXIX: ac deinde XLV. habuitque sub se Episcopos quatuordecim: Sami, Chii, Co, Naxiæ, Therasiæ, Pari, Teni, Meli, Pissinæ, Icariæ, Lernæ, Astypalææ, Tracheæ, Nisyri: ut videre est in Novellâ Imperatoris, Leonis Philosophi, De ordine Episcoporum. In Novellâ verò Andronici Palæologi senioris, quæ subjungitur Codino, sedes illi attribuitur tricesima octava. ὁ Ῥόδου. καὶ αὐτὴ, (ἡ ἐπισκοπὴ,) λη΄ οὖσα, με΄ κατέστη. *Rhodi. & hic, (Episcopatus,) cùm trigesimus octavus esset, constitutus est quadragesimus quintus.* Sed erratum puto in numero, ac scribendum, λθ΄ οὖσα. *cùm trigesimus nonus esset.*

CAP.

CAP. XVII.

Ab Agarenis, duce Mabia, occupatur; qui non diu tenuere, vindicantibus Byzantinis. Hinc cùm Balduinus Flander occupasset, à Joanne Duca eripitur. Inde Turcæ, & mox Joannitæ, capiunt: possidentque, dum postremùm Turcæ iterum expugnant.

Diu post hæc pace fruita est, neque hostem ullum habuit: cum Mabia duce tandem Agareni eam capiunt, sub Constante, Heraclii è Constantio nepote, cùm is annum duodecimum imperaret. Cedrenus, ubi de ejus imperio. Τῷ δωδεκάτῳ, (ἔτει,) Μαβίας, καταλαβὼν τὴν Ῥόδον, καθεῖλε τὸν κολοσσόν. *Duodecimo, (anno,) Mabias, Rhodo potitus, colossum evertit.* Constantinus Porphyrogeneta, De Administr. Imp. cap. XX. Οὗτος (ὁ Μαβίας) τὴν νῆσον Ῥόδον καταλαβὼν, καθεῖλε τὸν ἑαυτῆς κολοσσόν. *Hic (Mabias) postquam Rhodum in potestatem redegisset, Colossum ejus sustulit.* Zonaras, in hoc ipso Constante, Annal. III. Οἱ Ἀγαρηνοὶ δὲ, μηδενὸς ἔτι αὐτοῖς ἐναντιουμένου, ὁμόσε κατὰ πάντων ἐχώρουν. τότε καὶ τὴν νῆσον Ῥόδον ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, τὸν ἐν αὐτῇ περίπυστον κολοσσὸν καθῃρήκασιν. *Agareni verò, nemine jam resistente, omnia invadebant. ac, subactâ per id tempus quoque Rhodo, celebrem in hâc colossum destruxerunt.* Sed non semper tenuere: ac recuperarunt postea Byzantini Imperatores. Itaque Anastasius illic convenire classem jubet, ut videre est apud Zonaram, & Cedrenum. Et in potestate horum mansit, dum, dejectis illis, Balduinus, Flandriæ comes, Urbem cepit, & Imperium: qui præfectum illi dedit è Latinis. Est id discere ex Niceta Choniate, in hoc ipso Balduino. Τὴν δὲ Ἀττάλου, διῴκει τις ἕτερος, τὴν κλῆσιν Ἀλδεβραντῖνος, ἐξ Ἰταλῶν μὲν τὴν φύσιν ἕλκων, ἀκριβῶς δ' ἐντεθραμμένος τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἔθεσι. καὶ τῇ Ῥόδῳ τῇ νήσῳ ἄλλος τις ἐπεξουσίαζε. *Attaliam verò alius quis administrabat, nomine Aldebrandinus, gente Italus, verùm probè in Romanorum institutis educatus: item Rhodus alium habebat principem.* Verùm eripit posteà Joannes Ducas. Nicephorus Gregoras, lib. II. Ἤδη καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης (ὁ Δούκας) ἐπὶ μέγα δυνάμεως ηὔξησε τὰ Ῥωμαίων πράγματα, δεξιὸς οἰκο-

οἰκονόμος φανεὶς, καὶ κυβερνήτης ἄριστος τῆς ἡγεμονικῆς τῶν Ῥωμαίων. ναῦς τε γὰρ μακρὰς κατεσκευακὼς οὐκ ὀλίγας, ναυστολεῖ πρὸς τὰς κατὰ τὸ Αἰγαῖον νήσους, καὶ πάσας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ λαμβάνει, καὶ Καρίαν, καὶ Κῶ, καὶ ὅσαι ταύταις εἰσὶ προσεχεῖς. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ διαβὰς καὶ ἐς Ῥόδον, ἐγκρατὴς καὶ αὐτῆς ἀναδείκνυται. *Jam verò & Imperator Joannes (Ducas) singulari diligentiâ, & dexteritate ingenii, Imperii Romani res multum auxerat. Nam, haud paucis longis navibus comparatis, & ad maris Ægæi insulas missis, eas omnes brevi tempore capit; Lesbum, Chium, Samum, Cariam, Con, & quaslibet finitimas. nec has tantùm; verùm & in Rhodum pergens, eam quoque in potestatem suam redigit.* Cui posteà cùm eripuissent Turcæ, iis rursum equites Rhodii, Joannitæ appellati, extorsere, anno CIↃ CCCVIII. Paulus Langius, in Chronico Citizensi, in illius anni rebus. *Eodem anno magnus magister Joannitarum, cum classe ex Neapoli se movens, mari transito in insulam Rhodi, ingentissimo prælio aggressam, cum maximo Saracenorum, & Græcorum, damno obtinuit.* Warnerus Rolevinkius, in Fasciculo Temporum, ætate sextâ. *Rhodus insula capitur de manibus Turcorum per dominos ordinis S. Joannis Hierosolymitani.* Verùm ille factum memorat ante annum CIↃ CCCIV. Recuperare voluit posteà anno CIↃ CCCCLXXX. Mahometes, verùm frustrà: ut est videre apud eundem Rolewinkium, in Fasciculo, Joannem Nauclerum, Chron. Vol. II. Generat. L. & Joannem Leunclavium, Hist. Musulm. lib XV. Sed, quod huic non successit, annis quadraginta duobus pòst perfecit Solimannus: qui post longam obsidionem expugnavit anno CIↃ IↃ XXII, die quinto & vicesimo mensis Decembris: uti tradit idem Leunclavius, Hist. Musulm. lib. XVIII. Totam hanc obsidionem tribus libris scripsit Jacobus Fontanus Brugensis: quam, qui volet curiosè scire, videat.

FINIS.

INDEX AUCTORUM

Qui hîc citantur.

Ori-

AUCTORUM,

Qui hîc illuſtrantur, emendantur, aut errare oſtenduntur,

INDEX.

Numerus Romanus, librum; Barbarus, caput ſignificat.

FINIS.

